


MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART  
NATIONAL BUREAU OF STANDARDS 1963 A




1:24

Nova Acta Eruditorum

LEIPZIG 1767

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT  
DAS ORIGINAL DER UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK  
ERLANGEN-NÜRNBER ZUGRUNDE

SIGNATUR: LTG. IX,88.



N O V A  
A C T A  
E R U D I T O R U M  
A D A N N O S  
M D C C L X I V et M D C C L X V .  
publicata.

Cum Serenissimi Electoris Saxoniae Privilegio.

LIPSIAE

Prostant apud IO. FRID. GLEDITSCHII et  
LANCKISII heredes.

Vendantur etiam Romae apud PAGLIARINOS: Venetiis apud IO. BAPT.  
ALBRIZZIUM: Bononiae apud LAELIUM della VOLPE: Parisiis apud  
BRIASSONUM: Ultraiecti apud IO. BROEDELETUM: Lugduni Bat-  
avorum apud SAM. et IOH. LUCHTMANSIOS: et Amstelodami in  
SCHREUDERI et MORTIERII iunior. officinis.

M D C C L X V I I .

LECTURIS  
S A L U T E M.

 *Etsi eam Vobiscum a tot annis familiaritatem contraximus, ut neque commendatione aliqua laboris nostri apud Vos opus esse videatur, neque execratione vel defensione; cum et consilium cuius operis, et quae illud vel adiuvare possint, vel remorari, Vobis omnium maxime perspecta sint: tamen huic quoque Volumini nonnihil praefaudum duximus. Ac primum quidem fatemur, tardius illud quam expectatio Vestrarum fert, publicari; sed iidem tamen operam dabimus, ut quae sequentur Volumina, suo magis, hoc est iusto et maturo tempore, prodeant. Nam id ipsum, quod biennium uno Volumine exhibemus, propterea factum est, ut redeamus in viam, et altero biennii Volumine, quod Annos LXVI. et LXVII. complectetur, et in quo excudendo fervent operae, intra aliquot menses edito, annus novus LXVIII. eo ordine prodeat, quem olim*

*Era-*

*Eruditorum Agorū collectores servare con-  
sueverunt. De libris porro paucis loc  
lumine retulimus; sed in his sunt ii, qui mul-  
torum aliorum vicem praestare possunt, de qui-  
bus adeo copiose et accurate dicendum nobis  
erat; ut *Picturae Herculaneenses*, ut *WIN-  
CKELMANNI, FEBRONII, LAM-  
BERTI, MORGAGNI*, et his similiū *Li-  
bri*, aut *Exercitationes p̄aeclarae*. Ceterum  
bene de his *Actis* merebitur *humanitas* et *be-  
nevolentia Vestra*, si libros qui in *Gallia, An-  
glia, Italia, inter Batavos* denique, et ubi cun-  
que literis bonos habet, publicantur, ad nos  
quemadmodum *commodum* fuerit, miseritis.  
*In nobis neque diligentiam, neque fidem et  
candorem, in primisque aequitatem in laudan-  
dis virorum doctorum studiis, unquam desidera-  
bitis.* Quid? quod ipsi intelligitis, ad ornau-  
dum hoc opus, per annos iam octoginta qua-  
tuor, non levi eruditorum hominum per Euro-  
pam commodo, propagatum, tanto plura con-  
ferri a nobis posse, quanto maior est eorum,  
qui illi facent, in offerendis subsidiis, comitas.  
*Hoc igitur literarum causa agite. Valete.**

No. I.

# NOVA ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsie*

*Calendis Ianuarii et Februarii Anno M D C C L X I V.*

*IUSTINI FEBRONII, ICri, DE STATU ECCLESIAE  
et legitima potestate Romani Pontificis Liber singularis,  
adreuniendo dissidentes in religione Christianos  
compositus.*

Bullioni, 1763. 1 Alph. 4 pl. in 4to.

Insigne prorsus, ac memoratu dignissimum est, quod hic opus indicamus, non solum ob egregiam atque diffusum doctrinam qua est resertum, sed etiam, atque in primis, ob novum ac laudabile Auctoris consilium. Ab ipsis sane Lutheri temporibus nemo extitit, qui, in medio quasi coetus Romani gremio, contra abominandos illius abusus, et vanam Pontificis potestatem, tam intelligenter, cum tanto lectionis et doctrinae adparatu, tam denique fortiter disputatione, quam hic personatus Febronius; quam larvam esse Consultissimi *D. Georgii Christophori Nelleri, S.S. Canonum in Academia Trevirensi Professoris*, qui iam aliis libris ad rem nummariam mediæ acvi potissimum pertinentibus magnam famam, magno suo merito consecutus est, comperimus. Hic enim vir incomparabilis totus est in eo, ut causas, originem, et incrementa iuris pontificis declaret, eam arctioribus limitibus includat, adeoque viam monstret ad reconciliandos cum sua ecclesia eos, qui dissentunt; quod, diminuta paullulum

A

haec

### 2 NOVA ACTA ERUDITORUM

hac potestate facilius obtineri posse putat, quamvis multum adhuc tribuat Pontifici, quod nemo nostrum ei non negabit, ut ex ipsa operis delineatione, quam nunc dabimus, manifestum fiet. Praemissa est epistola ad Pontificem, reges, et principes Christianos, Episcopos, Doctores denique Theologos ac Iuris Canonici, qua singulos monet Auctor, quo animo ad hunc librum legendum accedere debeant, et quomodo de eius consilio judicare. Ipsum opus, iusto profecto ordine concinnatum, novem constat capitibus. In primo agitur de exteriore forma regimini, quam in sua Ecclesia Christus Dominus instituit. Inquirit hic potissimum in veritatem argumentorum, quibus vulgo statum ecclesiae monarchicum firmare student; quorum duo sunt genera, loca nonnulla Scripturae S. male intellecta, in primis Matth. XVI, 18. et Ioh. XXI. et traditiones. Illa quidem non ad Petrum solum, sed ad omnes ministros ecclesiae pertinere, ex mente Christi, et ipsa adeo quorundam Patrum atque Episcoporum primorum temporum sententia, demonstrat. Hanc vero non tam ex nudis quorundam scriptorum verbis, quam potius ex diurno et constanti multorum seculorum usu, arcessendam statuit; quamquam ne hoc quidem aliquis nostrum ipsi concedat (§. I-IV.). Ostendit potius, formam ecclesiae non esse monarchicam, ex ipsa Christi intentione, qui potestate clavium univresae dedit ecclesiae, quam haec per ministros suos exercet, in quibus primarium ponit Pontificem; (quae tamen quaestio singularem meretur tractationem, ad infringendam falsam auctoris de primatu Petri, et huius imagine, infertur, Pontifice, opinionem,) licet ipsi universitati subordinatum haud neget, (§. V-VI.). Gaudebant igitur omnes Apostoli aequali potestate ecclesiastica, ut docent partim ea, quae gesta sunt in Synodo Hierosolymitana, partim disciplina primitiva ecclesiae, cum sub Apostolis, tum sub Episcopis, qui in illorum locum proxime successerint (§. VII.). Quid? in Tridentino Concilio in primis de forma ecclesiae monarchica quaesitum fuit, neque pro Pontificis causa sententia lata (§. VIII). Quae omnia satis comprobant, regi hodieque ecclie.

clesiam externo Christi auxilio, et ab eius demum directione pendere, quod ecclesia falli non posse dicatur (§. IX.). Certe vulgaris doctrina de facultate Pontificis, qua falli non posse creditur, neque ab omnibus, qui profertentur sacra pontificia, agi scitur, neque in rerum usu ullam habet utilitatem (§. X.). Alterum iam caput Primum in ecclesia, eiusque iura, describit. Etli hic monarchiae expertem esse ecclesiam, auctor concedat, tamen primum in ea obtinere firmiter sibi persuasit. Putat enim, multum interesse ecclesiae, ut primus aliquis sit inter Episcopos, *qui, ut ait ipse, bono communi principaliter intentus, continuo invigilet, ut arceantur profane novitates, et disciplina ecclesiastica servetur integra.* Quam quidem sententiam illis codicis sacri locis, ubi Petrus *primus Apostolorum* vocatur, nec non Patrum traditione, studet corroborare (§. I.). Caussam igitur ac fundamentum huius dignitatis in unitate ecclesiae conservanda ponit (§. II.), ob quam Christus eam Petro dederit, licet Servator successores eius futuros hand definiverit, quorum designationem partim ab ipsis Petri, partim ab ecclesiae voluntate, quae Romanum Episcopum elegerit primarium, pependisse afferit; adeoque huius auctoritate primum et ad aliam sedem transferri posse (§. III.). Naturam autem et iura ipsa huius officii expositurus, hanc constituit regulam: *Omnia illa et sola esse primogenia et essentia iura Primatus, sine quibus unitas non potest servari.* Inde concludit, Primum non in sola directione consistere, verum etiam aliquid coactionis in se continere (§. IV.); ecclesiam, cui Primatus annexatur, fieri centrum unitatis omnium ecclesiastarum particularium, nihil tam secius ab ecclesia Romana recedi, et ad generale Concilium recurri posse (§. V.); ea quae ad ecclesiac statum attinent ubicunque gerantur, ad Romanum Pontificem referenda esse, ut is officio suo perfungi queat (§. VI.); eundem esse tutorem ac vindicem canonum per universam ecclesiam (§. VII.), et gaudere iure, leges universae ecclesiae nomine proponendi (§. VIII.), et cavendi, ne quid novi invaserat (§. IX.), atque ut officio suo satisfaciat, legatos ad omnes

#### 4 NOVA ACTA ERUDITORUM

omnes ecclesias mittere posse (§. X.); neque tamen hunc principatum esse iurisdictionis, sed ordinis, societatis, et auctoritatis (§. XI.). Atque haec sunt genuina, (ita enim sentit auctor,) veteris Primatus iura, qualis per priora octo secula obtinuerit, (§. XII.) ut ex ipsis actis Conciliorum illorum temporum admodum docte hic demonstratum est. Nunc, quomodo iniuria crescere cooperit Primatus, sequenti capite exponitur. Cum officium Episcoporum quasi commune esset, ita ut Episcopi fines suas provinciae tum possent excclere, cum in aliena dioecesi religioni periculum immineret, et huius quoque curam gerere (§. I.), idque interdum etiam a Pontifice Romano, factum esset, male hoc pro iure Pontifici soli proprio venditatum fuit (§. II.). Deinde Praesules Romani multa ex potestate perperam sibi arrogata, aut ex singulari privilegio, vel pacto, in alienis dioecesibus, citra canonum placita egerunt, quae tamen ad exemplum trahi non debent, et quorum diudicandorum normam, ut egregie clarissimus auctor, *non a factis, sed iure sumamus*, necesse est. (§. III.) Porro antiqua ratio iusque excommunicandi non erant effectus iurisdictionis, ut postea censuerunt. Seilicet, cum opus omnino esset, ut mutuum quoddam inter dissipatas ecclesias commercium subsisteret, vix autem fieri posset ut singulae tibi notae essent, magnae quaedam fides electae sunt, per quas ecclesiae hoc vinculum continuarent. Sic Romana ecclesia erat quidem punctum in quo reliquae ecclesiae convenient, sed vel ipsa haec communionis ratio praecepsit, non a Romana, sed ab universa ecclesia dictatis definiebatur. Hinc ecclesiarum communioni opposita est earundem excommunicatio. Quodli enim ecclesia aliqua, aut eius episcopus, alterius ecclesiae eiusve episcopi doctrinam, vel disciplinam, ab adprobatis praceptis recedere animadverteret, huius rei certiorem faciebat totam societatem, vel datis literis, vel reiectis a sua communione iis qui inde veniebant. Hac ratione ecclesia Romana, quae propter Primatum sui Antifititis est quasi centrum unitatis, quo schismatis occasio tollatur, alias ecclesias saepe communione privabat,

bat, eodem iure quo quisque *alius episcopus*, absque ulla iurisdictionis specie. Hinc excommunicatio, sine legitima causa a Pontifice facta, nullam habebat vim, si a tota ecclesia, aut magna eius parte, invalida conferretur (§. IV.). Nec minores errores genuit confusio dignitatis Patriarchae, Romanae sedi adhaerentis, cum iuribus Primatus (§. V.). Praeterea nomina ecclesiae, *sanctae, apostolicae, matris et magistras* reliquarum ecclesiarum, Romanae ecclesiae tributa; nec non honores *capitis ecclesiarum et vicarii Christi*, Pontifici proprii, magnam illi auctoritatem conciliarunt, et ad firmandam de sacra monarchia sententiam multum fecerunt, licet vero nullum involvant imperium (§. VI.). Mox relationes de causis dubiis ac gravioribus ad Romanum Pontificem fieri solitae pondus huic auctorati haud exiguum adiecerunt (§. VII.). Inde natae nimis magnifica et gloriose Patrum de iuribus ecclesiae Romanae locutiones, quae tamen rei naturam nequit mutare (§. VIII.). Praecipuum vero causam potestati pontificiae, hæc epistolæ decretales Isidori dederunt, in quibus insignia privilegia Romanæ ecclesie perperam tribuuntur, quorum argumenta auctor breviter recensuit (§. IX.). Haec, licet falsa, maxime confirmata sunt accedente civili Pontificis imperio et potestate, ac Imperatorum et principum liberalitate aucta (§. X.). Unde factum est, ut commentitia haec iura, illis epistolis tradita, etiamnum Romanæ vigeant, quid? paullo duriore adhuc, quam olim, patre exercitantur (§. XI.). Enarratis igitur causis et incrementis nimiae potestatis pontificiae, progrereditur auctor capite quarto ad ea iura, quae Pontifici solum servata esse vulgo asserunt, quineque *causam maiores* vocari solent, quarum vestigium ante quintum seculum haud occurrere diligenter ostendit, licet in gravioris momenti negotiis, nihil extra Pontificis, ut ut Primitus, scientiam agi posse firmiter sibi pertinadeat (§. I.). Ita ius causas fidei dijudicandi, non solum Pontifici proprium est, sed singulis quoque episcopis et particularibus Concilii competit, quae vel possunt opiniones a Pontifice damnatas sub examen vocare. Relinquit tamen auctor Pontifici iudicium singula-

## 6 NOVA ACTA ERUDITORUM

singulare de iis quaestionibus, quae discordiam in universa ecclesia possint excitare (§. II.). Confirmatio electi episcopi, nec non eiusdem postulatio, genuino iure ad Synodum provinciale, aut ad Metropolitanum pertinent (§. III. IV.). Constitutio Coadiutoris demum exente seculo decimo tertio inter causas maiores referri coepit (§. V.). Translatio-nes episcoporum semper auctoritate Synodorum provincia-rum factae, demum Feudo - Isidori fraude Pontifici cesserunt (§. VI.). Idem dicendum de cessione episcoporum (§. VII.), nec non de iure eisdem deponendi (§. VIII.). Ius denique novos episcopatus, metropoles, atque ecclesias primarias constituendi, nulla lege, sed sola consuetudine ad Pontificem pervenit (§. IX. X.). Quibus praemissis, auctor recte con-cludit, Sedi Romanae nullum omnino ius, quod monarchiam sapiat, adhaerere; quo loco in primis adversus purpuratum Orsum disputat. Sedet tamen ipsi hoc, in negotiis ad uni-versam ecclesiam spectantibus, Pontificis, tamquam Primitatis, auctoritatem, etiam extra Concilium, multum valere, eaque posse illo dissentiente omnino impediri (§. XI.). Cum au-tem in primis Pontifici legislatoria potestas vulgo tribui so-leat, tractat de ea auctor capite quinto, quod de legibus ec-clesiasticis, earum pro universa ecclesia ferendarum iure, et de provocatione ad Romanum Pontificem, inscribitur. Do-cet hic, hanc facultatem semper fuisse totius ecclesiae, (re-gius dixisset, principis esse in quolibet regno), nunquam ve-ro, neque ab ipso Christo, ut satis inepte adulatores aulae Romanae ex Luc. XXII, 32. erucere conantur, neque ab ec-clesia, soli Pontifici traditam (§. I.). Nullum igitur ei com-petere ius, in rebus quae disciplinam concernunt, univer-sam ecclesiam legibus adstringendi: quid? ne generalium quidem Conciliorum decreta particulares ecclesias obligare, nisi expresse recepta, atque in provinciis legitimo modo pro-mulgata. Haec tamen Pontificis arbitrio iterum tolli haud posse (§. II.). Id quod probat exemplis, a vigore Decreti Gratiani, Decretalium Gregorii IX, reliquarum partium Cor-poris Iuris Canonici, Regularum Cancellariae, Bullae Coenae,

et

et Declarationum ut vocant Concilii Tridentini, petitis (§. III.) Amplissimam quidem esse auctoritatem Pontificis, propter Primum, in dirigenda disciplina ecclesiastica; nullam vero iurisdictionem, quae vulgo a Clericis circumferunt, et confirmatur argumentis minus idoneis, ex decretis nonnullorum Conciliorum, praesertim Tridentini ac Florentini, maligna interpretatione extorsis, quae noster doctissimus rationibus impugnat (§. IV.). Inprimis autem contra eos disputat, qui hancce iurisdictionem ex iure provocationis, quo Pontificem, decepti Synodi Sardicensis placitis, ornant, deducunt. Demonstrat enim, primo novum plane et inauditum quid hoc Concilio esse introductum; deinde, non ius provocationis Pontifici concessum, sed quandam duntaxat decernendae revisionis auctoritatem tributam. (§. V.); denique hoc ipsum decretum non ubivis receptum fuisse, propagatum tamen potissimum per falsas decretales Isidori epistolas, et hodie adhuc non sine magno disciplinae ecclesiasticae detimento servari (§. VI.). Neque fortius praefidium facti huius iuris in epistolis Gelasii et Nicolai I. Pontificum reperitur. Nam, cuius ibi mentio fit, imploratio Pontificis ab Athanasio, Chrysostomo, et Flaviano facta, non solum provocationis ius non involvit, verum etiam absque ullo iurisdictionis respectu processit (§. VIII.). Solent etiam vulgo, licet perperam, multa de insigni Pontificis circa Concilia auctoritate proferri, quae auctor capite sexto sub examen vocat, ubi de Conciliis generalibus sermonem facit. Primo igitur statim loco declarat, iura Conciliorum pugnare cum facto Pontificis imperio, quem potius illis subiectum esse, Constantiense et Basileense Concilium definiverint, et vel Tridentino haud obscure repetitum sit. Facultatem vero ab huiusmodi legis necessitate aliquem liberandi, (quam auctor nihil feci Pontifici allerit) nullum omnino imperium innuere; cum hoc ius etiam Episcopis quodammodo competat, qui non soli consiliarii, sed collegae illius haberi debeant, in iudicando ac arbitrando. (At quomodo haec cohaereant, legi aliquem excipere posse absque imperio, id quidem Auctor vide-

## § . . . NOVA ACTA ERUDITORVM

videtur) (§. I.). Mpx singula conciliorum iura expositurus, de potestate ea convocandi initium facit. Hoc ius nulla lege, neque divina, neque humana, Pontifici datum, sed in primis oto. Conciliis universalibus ab Imperatoribus exercitum, postea vero tacito Principum consensu ad eum, licet nec in perpetuum, nec in omnibus caussis, delatum fuisse affirmat (§. II. III.). Deinde dirigendi haec Concilia facultatem modo Imperatores, modo Pontifices exercuerunt, quibus ius proponendi caussas, et prima ferendi suffragia, salvo tamen iure Episcoporum, tribuitur (§. IV.). Unde decreta generalium Synodorum non indigent Praefulsi Romani confirmatione, quod multis exemplis illustratur (§. V.); nec fuit umquam Pontifex, qui sententiam alicuius Concilii denuo discutere sustinuerit, cum potius Synodi generales saepe in illius decreta inquisiverint (§. VI.). Iam de necessitate ac utilitate Conciliorum differere institut (§. VII.), ubi firmissimis argumentis eorum impugnat sententiam, qui decisionem Pontificis, a plurima Episcoporum parte comprobata, pro decreto totius ecclesiae venditant (§. VIII.); cuius opinionis infirmitatem vel controversia de baptismo haereticorum, inter S. Cyprianum et Stephanum Pontificem agitata, arguit (§. IX.) Potius legitimam esse a Romano Pontifice ad generale Concilium provocandi rationem, omnium gentium in huius ecclesiae societate constitutarum iudicio, omni tempore prodito, declaratur (§. X. XI.). Sed hanc ipsam caussam esse, ait, cur aula Romana tanto semper studio caverit eiusmodi Synodos, quamvis haec negligentia viam quasi munierit haeresibus magis magisque propagandis. Hinc tot abusuum, ecclesiam Romanam deformantium, originem repetendam esse, qui a Tridentino Concilio fuerunt neglegti, et fortis indigent medela. Horum longum dat indicem, eosque adeo graves describit, ut sine summa ecclesiae iniuria, ac certissimo salutis aeternae detimento, a nullo episcopo tolerari queant. Digna certe praecone vox (§. XII. XIII. XIV.). Ipsam quidem ecclesiam illis corrigendis sedulo semper dedisse operam, sed a Romana curia numquam non impeditam fuisse.

fuisse. (§. XV.) Ceterum, quae de iure generalium Conciliorum tradidit, auctoritate purpurati Iuliani, pontificii ad Basileense Concilium Legati et Praesidis, firmat ac illustrat. (§. XVI.) Quantum autem potestatis Pontifex in Conciliis sibi competere clamat, tantum iuris sibi et in Episcopos sumit, quorum auctoritatem Noster, capite sequenti, ex iure divino defendit. Christum namque ait munus Episcoporum instituisse, et iura quaedam huic propria attribuisse, quae ab eorum officio separari nequeant, quod satis sit indicio, omnium ac singulorum parem omnino ex ipsius Christi mente esse auctoritatem. (§. I.) Successisse igitur illos in locum Apostolorum, et gaudere iure ab ipso Deo *αμέτως* ipsis concessso. Certe, qui eorum potestatem a Romano Episcopo perfectam volunt, aequa ridiculam fovent opinionem, quasi ipsos Apostolos suam potestatem non a Christo, sed a Petro accipisse statuant. Ac fuit quidem de hoc argumento in Concilio Tridentino quaesitum; litis tamen decisionem metus Curiae Romanae prohibuisse videtur. (§. II.) Singulas vero iuris episcoporum partes ut defendat, ineptam eorum sententiam, qui omnem iurisdictionem, et iura quae vocant dioecesana, a Pontifice in Episcopos transferri contendunt, dicitissimis rationibus, ex ipsis veterum Pontificum Conciliorumque testimoniosis impugnat, et facultatem, iura, quae Episcopi officio continentur, in aliorum dioecesis exercendi, illi esse nullam, concludit. (§. III.) Ius quoque beneficia conferendi origine sua ad Episcopos pertinere, et non nisi serius, ac veri iuris ecclesiastici ignorantia, variisque artibus factum esse, ut illud Pontifici vindicaretur, quamquam postea, Concordatis pactis, fines huic licentiae, etsi ne tum quidem sati iusti ac firmi, poni coeperint. (§. IV.) Eandem potentiam, perperam licet arrogatam, Annatis tamen ansam praebuisse, quarum iniustiam aperte et docte declarat. (§. V.) Nec magis iure divino et primae ecclesiae ordine Romano Praesuli soli quaedam diiudicanda esse relictta, sed, quicquid juris nomine in gravioribus delictis sibi arroget ille, partim ab Episcoporum voluntate, partim a regula semel stabilita, Praesulem

## 10 NOVA ACTA ERUDITORUM

sulem Romanum in quavis dioecesi aequo plane cum eiusdem Episcopo iure gaudere, repetendum esse. (§. VI.) Sua via igitur sunt, at risu digna, purpurati Lucae, aliorumque, de universalis, ut barbari homines fat barbare loquuntur, Pontificis Ordinariatu, deque mendicantium ordini addictorum privilegio, in aliorum dioecesibus confessiones poenitentium audiendi, somnia, cui Episcopos ex ipsarum legum voluntate se opponere posse ostenditur. (§. VII.) Quo et referenda sunt privilegia, quibus quidam monachi a iurisdictione Episcopi sui liberantur. (§. VIII.) Tandem nec ordinis privilegium, quod purpuratos Episcopis dignitate praecedere vult, admit quid horum potestati, quippe ex divina institutione, ut putat Auctor, descendenti. (§. IX.) Ceterum, quomodo Episcopi pristina sua iura recuperare queant, ex Geronis, Cancellarii, sententia declaratur. (§. X.) Haec vero omnia quae recensuimus, a praestantissimo huius excellentis operis auctore ideo disputata sunt, ut illis praefectis, sanum de libertate ecclesiae recuperanda iudicium ferri possit, quod quidem postremis duobus capitibus absolvitur: quorum altero de libertate ecclesiae, eiusque restaurandae causis, altero de mediis recuperandae libertatis ecclesiasticae, agit. Praecipuum corruptae disciplinae in ecclesia caussam in fictis Pseudo Isidori Decretalibus querit, ad quarum normam recentiori aucto omnia fere in aula Romana tractari coeperint, (§. I.) eti neque ab initio potuit, neque etiamnum potest ecclesia Romana ullum praesidium ibi reperiire. (§. II.) Occurrunt potius multa exempla, quae demonstrant, ecclesiam nostra sua interdum ab earum fragmentis vindicare non dubitate, quale quid in concilis Viennensi et Constantieni factum legitur. (§. III.) Quamvis igitur ex suppositiis hisce epistolis magna profecto commoda in ecclesiam Romanam redundaverint, illis tamen, fraude iam patefacta, ea uti iure non poterit. (§. IV.) cum nec praescriptionis, nec cessionis, nec possessionis, nec consuetudinis simulacrum aliquid iuvet, ipsa mala fide prohibente (§. V.). Unde consequtur, hode valde opus esse filium regundorum iudicio in auctoritate Pontificis

cis, cui tenebrosum temporum supersticio tanta adiecit incrementa, definita, cum iam saniora regnent iuris publici ecclesiastici principia. (§. VI.) Cuius consilii eo maior necessitas esse videtur, quo constat certius, nimiam licentiam, quam Pontifex huc usque obtinuit, perniciosam plane esse universae ecclesiae, eiusdemque amicam reconciliationem in primis impedire. (§. VII.) Quapropter optat Auctor, ut aliis gentibus saltim ad Gallorum libertatem redire liceret; (§. VIII.) quod eo facilius fieri posse putat, quo minus restorationem genuini iuris canonici concordatis a Romana sede cum variis populis initis prohiberi, (§. IX.) et libertati ecclesiasticae non tam Pontificem, quam curiam Romanam officere ipso vitium est. (§. X.) Ultimo denique loco media, quibus libertas ecclesiastica recuperari possit, proponuntur; in quibus idoneam populi institutionem (§. II.), et libertatem cum concilii generalis, tum etiam conciliorum singulorum gentium, refert (§. III. IV.); quamquam, ut monet acutte, haec commodius in monarchia, quam in ceteris regnis obtineri possint, ubi Romana curia facilius turbas excitare queat, in primis cum quandoque ipso principes propriae utilitatis causa Pontifici multum soleant indulgere. (§. V.) Hinc suppeditat consilium, ut principes legatos mittant, qui, adhibitis episcopis, de potestate Pontificis in ordinem redigenda deliberent, (§. VI.) cui nec execrationum metus, nec schismatis periculum obflare, si modo iusta cautione res ageretur, quam auctor certis regulis definir. (§. VII.) Porro haud exiguum libertatis ecclesiasticae medium in eo ponit, ut principes, exemplo Gallorum, bullas Apostolicas, non nisi a suis administris sub examen vocatas et approbatas, valere sinant. (§. VIII.) Unde simul aliud profuit, nempe, ut resistatur iuslibus Pontificum, qui repugnant legibus ecclesiasticis et consuetudini, aut iuribus episcoporum ac principum detrahant. (§. IX.) Ubi in primis utilem depraedicat *appellationem*, ut vocatur, *tamquam ab abusu*, Gallicae ecclesiae usitatam. (§. X.) Ex his omnibus dicit tandem Auctor id, quod toto hoc opere disputare voluit, interesse omnino eccl-

ecclesiae ut servetur Primatus, sed ad legitimos fines reditus. (§. XI.) Nos vero hanc ipsam operam, a doctissimo auctore, cuius insignem rerum, quae formam ecclesiae et leges concernunt, peritiam, singulae non paginae, sed lineae produnt, in tam arduo nec omni periculo libero negotio collatam, satis mirari quidem et laudare non possumus; neque tamen omnia probare. Multa enim insunt, quae Pontificiam superstitionem adhuc sapere, et cum fine, quem vir egregie cordatus sibi proposuit, minus convenire videntur, ut est tota eius de primatu doctrina, quae, veremur, ne quemlibet nostrum a consilio auctoris persequendo deterreat. At dixit fortassis plura, de quibus liberius cogitare, quam scribere duxit, memor illius, raram esse temporum felicitatem, ubi sentire quae velis, et quae sentias dicere liceat. Sane prudentis Medici est, inveterati ac pertinacis morbi, non omnem subito vim reprimere, sed variis remediis lenitam sensim sopire, atque ita tandem evertere.

*CAROLI ANDREAE BELII D. ET PROF. PUBL.  
in Acad. Lips. de Ottone II. Granfio, Basileensi Episco-  
po, caedis Alberti I. Rom. Regis participe, disqui-  
tio historica.*

**Q**ui Adolphi regem, ut regno potiretur, nemulus, A. MCCXCVIII. sua manu interemerat, Albertum, Rudolfi Habsburgici primogenitum, romanorum regem, Ducem Austriae, decennio post, inter Rusam et Arulam, fluvios, propter Bruggam oppidum et Vindonissam, Kal. Maii A. MCCCVIII. violenta morte interiisse, de hoc nemo dubitat, et est scriptorum indubiae fidei testimonii comprobatum a). Neque de sicariis ullum est dubium. Primum impe-

a) ALB. ARGENTIN. *Chron.* ad a. 1308. *Ursinus* seu CHRISTIAN. WVRSTISEN, *Basler Chronik* ad h. a. p. 151. MARQV. HERGOTT, (qui, dum haec scribimus,

impetum fecit ex fratre Rudolfo nepos, Iohannes posthumus *b)*, novendecim annorum adolescens, spei plenus, prodigus, ut sunt in ista aetate. Successore coniurati, *Rudolfus de Warth, Rudolfus de Palma c), Waltherus de Eischenbach, Conradus de Tägerfeld:* quorum quisque, quo erat avidior caedis, hoc instabat magis. Hi igitur perimendi regis consilium exequuti sunt: quis dederit, haud quaquam exploratum est. Erat in Alberto furiosa quaedam, augendi dominatus, atque insatiabilis cupidus. Hauc tota vita, sed eo potissimum tempore, quo regnavit, multis modis prodidit, videbaturque cum numero liberorum crescere. Atque illa in Hollandiam, adversus Ioannem de Avennis, Hanniae Comitem, quam Lambacherus descripsit, expeditio; huc illa cum Electoribus de Rhenanis vectigalibus disceptatio; huc Bohemia, Misnia, Helvetia denique impetita, pertinet: quae quidem hic circumscripte dixisse sufficit. Talem principem, cetera potentem consilio, et fortem, invidiosum fuisse, et cinctum quasi hostibus, nemini potest mirum videri: et tamen, si unum hominem exceperis, de quo mox dicemus, nemo vitae eius parasse infidias ante, quam isti sicarii supervenirent, legitur. Anne igitur percussores isti, quod consilium

B 3 silium

mus, diem suum ol. *Genealog. Aug. gent. Habs.*  
*T. I. p. 203. 204.* Qui sunt in *MVRATORII Scr. rer. Ital.* Tomo IX. editi, *FERRETVS VICENTINVS Hist. riae L. III. extr. et FR. FRANC. PIPINVS, Ord. Praedicator. Chron. L. IV. c. 47.* ab ill. *OLENSCHLAGERO Histor. Sec. XIV.* excitati, fere talia habent, quae fidae narrationi Alberti Argentinensis contraria sunt, videnturque ab his Italis, ex incertis vulgi sermonibus, male confarcinata fuisse.

- b) Posthumum adpellat BIRKENIVS: et videtur fuisse.  
c) ALB. ARGENT. Udalricum; et recentissimus Histor. Helvet. Scriptor, incomparabilis WATTEWILLIVS, de Balme nominat, P. I. L. I. extr. e formula proscriptio- nis coniuratorum, quae est in Bernensi tabulario.*

## 14 NOVA ACTA ERUDITORUM

filium exequuti sunt, ipsi invenerunt? Ita videtur: nam etiam publice de iniunctate regis conquesti sunt. Et de Ioanne quidem Habsburgico, eiusque alleclis, ita ALBERTUS ARGENTINENSIS d): *Ioannes autem dux, fratruelis regis, quem rex in curia sua cum filii suis nutritivit, offerens munitiones dominii de Kiburg ad se spectare, tamquam matris suae per Rudolfum regem olim morganatico iure donatum, libenter habuisset sua: inflans ferventer, ut sibi saltem munitiones aliquas assignaret. Ad quod cum rex induci nequirit, et insuper multos Baronum bonis suis et iuribus spoliaret, et instantie frequenter regina, ut liberos suos sibi commendatos haberet, ac ipsius Ioannis pregalitatem nimis accufante: tandem ipse Ioannes dux, cum Baronibus Rudoſo de Wart, Walthero de Eschbach, et Udalri eo de Palna, regem interficiere cogitarit.* Paullo post idem scriptor: *Rege existente apud locum suum Balnearum (Baden,) ac Ioanne Episcopo Argentinensi rogante regem, ut praedictio duci de munitionibus suis aliquid assignaret: rege vero respondentе, quod vellet ipsi duci committere centum galatos in expeditionem regis verus Bohemiam, et post revercionem vellet sibi aliqua assignare; hocque per Episcopum ad ducem perlato: dux dicens, se nihil habere, et communem gentis sui faciendam esse onerosam. Episcopus respondit: si mortem et suorum ablationem ad parta iudicare. Tali vero haec iatis docent, cuiam potissimum adscribenda caelos Alberti sit: tamen, si, quae paullo ante eaedem Alberti Balneae acciderunt, cum his, quae consequuta sunt, conseruat, ve ilium sit, etiam Ottoneum II. Granseum, Baronem Burgundum, Basileensem Episcopum, si non confilio, certe exemplo atque auctoritate, participem eius criminis fuisse. Sed altius res omnis petenda est, ut fides dictis conficit.*

Vetus erat, cum Basileensem Episcopis, Comitum Habsburgiorum controversia. Inde a decimo seculo multis aucti regionibus et eparchiis Praefuses isti, magnae erant in

d) *Chron. l. c. p. 113. sq. quae repetit WYRTISEN, in Basler Chronik, L. III. c. 5. p. 150.*

in Helvetia potestatis e), magnarum opum, quae et Burgundiae regum liberalitate in primis creverant. Inde orta, ut sit in tali fortuna, maiorum famae; cui explendae, quae maxime opportuna viderentur, ea Episcopi appetebant. Igitur incurserunt in vicinorum omnium invidiam, quae bellorum sones fuit. Erat Rudolfi Habsburgici aetate, inde ab a. 1262. Episcopus Henricus III. Comes Neoburgensis, Ulrici filius, et gentis suae potentia, et affinitatibus, ferox. Hic, quod Brisacum atque Neoburgum ad Rhenum redigere sub potestate conaretur f), a Rudolfo Comite diuturno bello pressus, non, nisi post multas utrinque clades, pacem a. 1269. obtinuit. Sed recruduit bellum triennio post, Episcopo, quicquid poterat ditionum, in omni circum agro, coemente: Habsburgio contra, istam, tot novis accessionibus, crescentem in dies vicini Praefulsi potentiam extimescente g). Ad Basileam tandem debellatum est, Rudolfus, magno collecto exercitu h), ob sidone clausit urbem eam, liberatam periculo cum interitura videbatur, evocato ab Electoribus ad regendam Germaniam Rudolfo i). Pace per

e) v. *Basilea Sacra*, p. 135. seqq. WATTÉVILLE, *hist. de la Confédération Helvétique*, T. I. p. 106. sequ.

f) WEFISSEN I. c. L. II. c. 20. de 800 *Annal. L. I. BASILEA SACRA* p. 238. sequ.

g) Nescimus, unde VOLVARYS hauserit, quae de hoc bello in *Annal. Imperii* T. I. p. 301. prodidit, gestum a Rudolfo scilicet *en fwear de l' Abbé de St. Gal*. Etsi enim erant in exercitu Rudolfi auxiliares copiae istius Abbatis; tamen erant et aliorum, neque propterea bellum istorum causa gestum est.

h) Mit einem gewaltigen Oberländischen Zeug ait WEFISSEN I. c. cap. 21.

i) Hoc nuntio accepto exclamavit Episcopus: *sede fortiter domine Deus, vel locum occupabit Rudogus tuum*. ALB. ARGENTIN. *Chron.* p. 100.

## 16 NOVA ACTA ERUDITORUM

per arbitros composita, Brisacum Episcopo cessit, Imperio Neoburgum.

Mortuo Rudolfo rege, Petrus II. Medicinae Doctor, quod ad curandum non venisset comitatus morte pedissequa, Basileensium Episcopus a Bonifacio VIII. P. M. constituitur. In hac nova dignitate, (utimur verbis P. Claudi Sudani, Iesuitae k), Petrus Adolfo Nassovio fidelem gratamque operam praefluit. Anno siquidem ineunte 1292. salutato ab Ordinibus Imperii in Caesarem Adolfo, Colmaria, Alberti Austriaci confijs potentiae, eousque rebellem se opposuit, dum armis subigretur. Quod et factum ope singulari, et opportunis suppetiis Argentin. atque Basileens. Episcopi. — Ea res auxit tristem inter finitos et antiquam similitatem; neque poterat non displice-re Alberto, Adolfi aemulo, Basileenses vicinos consilia fecu-tos, quae manifeste odium Habsburgicae domus proderent.

Et videbatur odium hoc crescere, redeunte ad Alber-tum, Adolfo interento, dignitate regia. Emis Petrus anno 1303. (iterum verba sunt svdani) a Friderico Toggenbur-gensi Leucostobatum, vulgo Lichtenstalum, arcem Honbergensem, et villam Eßeneichr in Alsatia, indignante quidem Alberto Im-pe-reto, qui haec sibi et haereditaris ditionibus Ergoviae astiecla cupiebat. Quam emotionem in opprobrium regis factam es-se, ALBERTUS ARGENTINENS. manifeste innuit l); Habuit rex traditam emendi oppidum Ligstal a Comite de Hon-berg. Comes autem, obmisso rege, vendidit et tradidit idem oppi-dum eidem Episcopo et Ecclesiae Basileens., quae horae tenet il-lud. Ex quo rex contra Episcopum, Capitulum, Ecclesiam, et civitatem Basileensem, commotus fuit odio capitali.

Commotus rei istius indignitate Albertus, memor ve-terum iniuriarum, quas et ipse olim ab Episcopis Basileensi-bus, et Rudolfus pater, accepisset, ei, qui Petro, (Clemen-tis V. P. M. beneficio Archiepiscopatum Moguntinem confe-

k) *Bafil. Sacrae p. 254. conf. ALBERT. ARGENT. l. c.*

*p. 109. extr. WVRSTISEN l. c. p. 145. et 148.*

l) *l. c. p. 113. conf. WATTEVILLE l. c. p. 107.*

consecuto,) in Basileensi cathedra successerat. *Ottoni II.* Granseio, in feudorum possessionem introductionem, quae erat a rege petenda, negare constituit. *H.c Otto* (verba sunt ALBERTI ARGENTIN. m) *Episcopus, cum rex ijsum nollet de suis regalibus investire, ET ALIAS ESSET INFESTVS EIDEM, quadam vice rege existente Basileae in curia Monachorum in monte S. Petri, assumptis servitoribus suis, accedit regem, ac genu flexus coram eo, per Hugonem ad Solem, scientem gallicum, per regem se petitum investiri, Rex enim Gallicum, Episcopus vero Teutonicum nesciverunt. Venit autem Episcopus eo animo, quod si eum renueret investire, QVOD EVM VOLVIT OCCIDISSE. Petente ergo Hugone in Trutonio a rege Episcopum humiliter investiri; rege vero respondentе vulgariter, quid vellet iste Scholasticus? Episcopus non intelligens dictum regis, sed credens eum recusasse preces suas, iratus dixit: qui dit? in gallico. Hugo vero videns fariam Episcopi, erat enim iuvenis et animosus, mansuete dixit Episcopo, in Gallico: Domine, Dominus noster rex dicit, quod eras libenter velit vos investire, et omnia facere, ad quae Ecclesiae Basileensi tenetur. Et Episcopus inclinans se, dixit: grammars (grand mere,) et recessit. Rex videntis motum Episcopi, post recessum Episcopi illico recessit, non ingredens amplius Basileam, sed contra illos durius est incensus. Ita igitur est ille sicarius Episcopus, qui iam anno 1307, caedem regi Alberto intentaverat. Hugo-nis prudenter non interveniente, regem, nil tale veritom, certo mansuram. Consecratam hanc Episcopi istius mentem neque Brunneutani Iesuitae negare anti sunt. Ita enim rem omnem narrant): Episc. Otho Granseius, turpissimo, quod in Caesarem coxerat, facinore, nomen et famam longe obscuravit. Causa meditatae caedis fuit, repulsa illa, et mora longior, qua Imperator Albertus petita concedere ipsi iura regalia abnuebat.*

Qua-

m) Chron pag. 113. WURSTEISEN l. c. p. 149. n. Epit hist. Basil. p. 184. WATTEVILLE, l. c. p. 107.

n) SVDANI Basil. Sacrae, quam ediderunt, p. 256. seq.

*Quare vindictae cupiditate incensus Otho, consilium capit dignitate sui indignissimum, et facinorosus quibusque ac profligatae vitiæ conseleratis abominandum. Praesentem se ipse Imperatori fuisse, suarumque ditionum, quas Imperii beneficio obnoxias habebat, confirmationem urgere statuit: quae si negaretur, nihil certius quam Albertum mox confodiendum. Datur itaque aditus et alloquii cum Caesare copia, per interpretem Hugonem a Sole, civem Basileensem primarium, quem animi sui propositum haud prorsus celaverat: — Albertus interim de periculo commonefatus, summo mane egressus, in Ergoviam secessit, ubi cum suis de Praefulsi nefario consilio conqueritur, vindicta conceptae animo caedis in tempus magis idoneum dilata. Eurorem hominis, auditio regis properato discellu, facile divinando adsequimur. Et debebat ei fuga victimæ atrox omen videri. Tamen, ut palpus stupidae plebi obtruderet, iram se regis extimescere mentitus, observato tempore, ita scribunt Bruntrutani Iesuitæ o), quo Elisabetha, Alberti coniux, praeter Basileæ suburbium Rheinfeldam peteret, currum adequitans, eam fibi conciliatricem parabat. Hic, male acceptus, poenas quodammodo luit impii consilii. Aulici enim, qui Augustam comitabantur, ex composto, ab aditu et colloquio Episcopum prohibebant p): singulariter vero quidam nomine Conradus ex familia Mönch carucarios equos ad cursum flagris identidem impellens. Ita luto respersus et iudibrio habitus, re frustra tentata, Basileam trifillis q) revertitur Otho.*

Dum haec fiunt, Albertus rex, bello Praefulem petit, ineunte anno MCCCVIII. et castrum Fürstenstein, Wernheri et Ioannis de Raperg, per suos obfidet r). Inter haec, Calendis

o) *Basil. Sacrae p. 258. conf. WVRSTISEN l. c. p. 149.*

p) *Ibid. ALB. ARGENTIN. l. c. p. 114.*

q) Sine dubio eo sensu, quo Horatius tristes iras pro duabus atque acerbis dixit, a quibus vehementer timeas.

r) *Ita ALBERTVS ARGENT. l. c. p. 113. WVRSTISEN, pag. 149. ei arcii praefectos, Wernherum de Rotberg, et Nicolaum Zer Kinden, nominat.*

dis Maii, ut paulo ante diximus, rex interimitur. Mirum, illa ipsa nocte, quae caedem eam consecuta est, *cum obessi in Fürstenstein se mane voluissent captos dedisse, in crepusculo venientem nuncium, in vertice montis clamasse: domine de Raperg, rex est occisus s.*) Quid ex hoc tam festinato tamque opportuno obcessis nuncio, (soluta enim repente obsidio fuit,) coniicias? certe sicariorum consilia Episcopum, eiusque alleclas, non penitus ignorasse. Basileenses, comperto regem interiisse, seditionem fecerunt t): Praesul autem, apprehendens panarium civium, (verba sunt Argent. Alberti,) curiam Monachorum ad S. Petrum u) accepit, et ingressus omnis populus, Monachis et eorum liberis per muros et cloacas fugatis, omnia pratio/a domus tollens, quinquaginta plaustra vini effundens, non quievit, quoisque omnia sunt destructa. Secuta clientum regis, Scaliorum et Monachorum, cum omni progenie, proscriptio x): nimirum, ut omnis Alberti regis memoria Basileae deleretur. Ut memoria caedis superesset, diligenter cavit Episcopus; nam sicariorum unus, Rudolfus de Palma, (qui faciem regis et caput gladio divisorat, scribente Argentinensi Alberto,) diu Basileae in domo Conversarum latuit; quod Othonem Praesulem latere potuisse vix est credibile.

C 2 Regi-

s) ALB. ARGENTIN. p. 115, WVRSTISEN pag. 151, BA-  
SIL. s. p. 259.

t) ALB. ARGENTIN. l. c. WVRSTISEN l. c.

u) Vuit illa ipsa dormus inclutas gentis Monachorum (der Mönche,) in qua hospitantem nuper Albertum interimere Episcopus constituerat. Hic igitur, quod iam sanguinem principis fundere non poterat, effudit Monachorum vina, atque omnem domum, præ moerore, depraedatus est. Conf. not. q.) Atque haec SYDANVS prudenter reticuit, neque Bruntrutiani sodales meminerunt, forte memores, nihil interfesse inter suis forem et probatorem, et nihil referre, utrum volueris fieri, an gaudias factum. Cicero Phil. II. cap. 12.

x) ALB. ARGENT. WVRSTISEN et SYDANVS ll. cc.

Regina deinceps percussores regis ad internectionem persequente, Episcopum sibi et suis reconciliavit y): vel quod ipsa, a cuius aditu cum contumelia prohibitus nuper fuerat, vim ab eo metueret; vel quod putaret, quae est Urstii sententia, ni conciliaretur, defensorem sicariorum futurum. Igitur pecunia cum eo transegit. *Episcopus autem Otho z), qui initio occisionis regis bene potuisse agere facta sua, recepta pecunia, cum regina et eius liberis concordavit.* Sed non diu laetus fuit de hac pecunia Otto Episcopus. In itinere Italico, Henrici Lucelburgii regis comes, extinctus est, non fine propinati veneni suspicione a).

Atque his quideam diligenter penitatis, probabile omnino fit, Ottонem Episcopum, quod iam antea diximus, caedis Alberti regis multis modis participem fuisse. Secuti sumus fidem Scriptorum omni exceptione maiorum, atque in his Jesuitarum potissimum, quibus, de Episcopo necem regi minante testantibus, omnino putamus credi optere. Ceterum, si cui haec coniectura nostra displiceat, euna vehementer rogamus ut cogitet, futuros quibus placeat propterea, quod in istorum temporum historia, bene multa, non nisi per coniecturam, assequi datum est.

*ULPIILAE VERSIO GOTHIKA NONNULLORUM  
capitum Epistolae Pauli ad Romanos; e litura codicis  
cuiusdam manuscripti rescripti, qui in Augusta apud  
Guelpherbytanos Bibliotheca adservatur, eruit et com-  
mentatus est FRANCISCUS ANTONIUS KNIT-  
TEL, Metropol. Ecclesiae apud Guelpherbytanos  
Diaconus.*

Librum

y) WVRSTISEN pag. 151. auf dass sie ihre Macht wider ihres Herren und Vaters Mörder desto füglicher wenden könnten.

z) ALB. ARGENT. pag. 115. verba sunt.

a) BASIL. SACR. pag. 261.

MESNIS IAN. ET FEBR. A. MDCCCLXIV. 21

Librum hunc excudi curavit principale apud Brunovienses Orphanotropheum, 1762. quaternis c. figg. aen.

Ita vero dissolvit Reverendus editor nomen, quod promis-  
sa (in his *Novis Attis Eruditior*, anni 1758. pag. 669 etc.  
et anni 1760, pag. 613 etc.) Ulphilae interpretatione in  
capita quaedam epistolae ad Romanos, contraxerat. Audi-  
verat Rev. *Knittelius*, ab Illustr. D. de *Praun*, Brunovicensis  
Ducatus Vice Cancellario, esse in Bibliotheca Guelphery-  
tana Codicem Originum Isidori, re抄ptum in fragmentis  
Ulphilanae Versionis epistolae ad Romanos, litura fere de-  
letis. Quem, cum nactus esset, cognovit, Ulphilana ea-  
dem lingua, et iisdem fere litteris scripta esse, quae in *Codi-  
ce Suecorum Argenteo extant*, vid. p. 317. quarumque speci-  
mina aeri incisa exhibet Tab. I. II. et VIII. Erant vero  
faepenumero ipsa litterarum vestigia vetustate et litura ita  
extincta, ut plane non, aut certe non sine maximo labore  
legi possent; quare in eiusmodi locis eruendis hoc consilium  
sequutus est V. Clar. ut ea tantummodo in apographum  
referret, quae in ipso autographo ita superessent, ut in ocul-  
los caderent, clareque perspici possent. (*Præfat.* pag. 11.)  
Atque sic tandem prodit Fragmentum Versionis Gothicæ  
epistolæ ad Romanos, quod complectitur loca haec.

Rom. XI, 33-36. XII, 1 - 5. et 17 - 21. XIII, 1 - 5.  
XIV, 9 - 20. XV, 3 - 13. impressa pag. 4 51. Addita est  
in opposito latere uniuscuiusque paginae Versio Gothorum  
latina, et verba graeca subiecta sunt, quae eidem respon-  
deant. Versio illa latina scripta fuerat ad latus Versionis  
Gothicae, per cola et commata, eamque vetustissimam es-  
se e litterarum forma recte colligit *Knittelius* p. 386. putat-  
que eam in Italia scriptam esse; cur non in Hispania? Ab  
Ulphilana eam interdum discrepare, observavit pag. 392.  
Nos hic pauca notabimus.

Rom. XI, 33. Ulphilana habet quinque unuspillodum, quam  
inenarrabilia; Gothicæ latina: quam scrutabilia, profecto  
non

non ex lectionis varietate, sed manifesto vitio, voculam IN absumisit M in quam, legendumque *inscrutabilia*.

Rom. XII, 2. Ulphilana vertit: *thamma aiwa*, huic seculo. Gothicla latina: *huic mundo*. In graecis est: τῷ οἰκουμένῃ τέτοιο, adeoque hic nulla est lectionis varietas. Nam Gothicla vox *aiwa*, uti latinorum *aevum*, germanorum *ewig*, formata ex graeca αἰών, notatque *aeternitatem, mundum, homines, seculum*. Sic in Schilt. Gloss. *ewa aeternitas*.

Rom. XII, 3. Ulphilana: *du waila frathjan garjamme swaswe goth gadailida*, ad recte sapiendum, unicuique sicut Deus distribuit. Gothicla latina: *Sapere ad prudentiam, ET unicuique sicut divisit dominus*. Manifestum est illud ET post frathjan, Gothicice *jah scriptum, extitisse*, aut certe ex alliteratione a librario lectum fuisse. Quidquid praeferre placuerit, nulla inde oritur lectionis varietas, sed merum vi- tium interpretis.

Rom. XII, 17. *coram Hominibus* habet Latina; sed Ulphilana addit praeterea *omnibus*, quod est in graeco; apparet, istud *omnibus*, ob similitudinem litterarum cum *hominibus*, incuria librarii excidisse.

Rom. XII, 18. *quod ex vobis EST*; sic habet Latina. Ulphilana tantum: *us izwis omisso ift*, quod vel inter di- standum, vel ex ingenio assumisit librarius.

Rom. XII, 19. In verbis δότε τόπον τῷ ὄργῳ Ulphilana addit τῷ θεῷ, ex mero interpretamento, uti v. 3. διὰ τῆς χάρι- τος τῷ θεῷ. Gothicla Latina hoc omittit, quod constaret libra- rio, in notissimo hoc loco *vozem Dei* a textu ipso abesse.

Rom. XV, 12. Gothicla Latina: *Et iterum Esaias ait: ET erit radix etc.* Istud ET nec Ulphilana habet, nec tex- tus graecus; equideem crediderim illud ex sequentis lineas initio transcriptum, recteque post *Iesse* collocandum esse; sic consentientes habebimus Ulphilanam et graecum textum.

Nobis quidem diligentius hanc rem considerantibus, probabile videtur, hanc versionem latinam, non e graeco textu, aut alia quadam versione latina factam esse, sed ex ipsa

ipsa Gothicā versione Ulphilae. Ulphilanam e graeco translatam recte statuit Rev. Knittelius; Variantes eius lectio-nes, parui momenti, omnes exhibet pag. 362. etc. His praemisit Glossarium vocum Gothicarum p. 323-361, ubi p. 323. *aftra* vitiōse impressum est pro *aftra*.

Versionem Gothicam excipiunt fragmenta IV. Evangeliorum *gracci Codicis Guelpherbytani A*, qui e coenobio Weissenburgensi in Bibliothecam augustam Guelpherbytanam pervenerat. Coniicit editor, indicis fatis certis, hunc codicem Seculo VI. scriptum fuisse (pag. 299.). Scripturae specimen exhibet Tabula III. Litterae sunt unciales: verba ipsa, spatiis nullis seiuuncta, carent accentibus spiritibusque, ita ut in litteris ipsis, et modo scribendi, maxima inter hunc et Alexandrinum codicem intercedat similitudo. (p. 279.) Particulae istis fragmentis comprehensa, haec sunt: Matth. I, 11-21. III, 13-17. IV, 1-18. X, 7-19. et 42. XI, 1-11. XIII, 40-50. XIV, 15-36. XV, 1-3. XV, 29-39. Marci I, 2-10. III, 5-17. XIV, 13-24. XIV, 48-61. XV, 19-35. Lucae I, 1-13. II, 9-20. VI, 21-42. VII, 32-50. VIII, 1-2. VIII, 31-50. IX, 26-36. X, 36-42. XI, 1-4. XII, 34-45. XIV, 14-25. XV, 13-32. XVI, 1-22. XVIII, 13-39. XX, 21-47. XX, 1-3. XXII, 3-16. XXIII, 20-32. XXIII, 45-56. XXIV, 14-37. Iohannis I, 29-41. II, 13-25. XXI, 1-11. Excudi ista curavit R. Editor p. 55-100. Commentario illustravit p. 271. seqq. Nos e multis, quae de scriptura observavit Vir doctissimus, hoc in primis lectoribus commendamus, quod de Θ monuit pag. 281. Θ enim plurimis locis in Codd. Guelpherbytanis A et B, et in Galeni Codice MSto, apparet sine lineola in medio, adeo ut prorsus referat formam τσο. Idem in Hippocratis Codicibus olim observarat Galenus; unde efficitur, nullum esse pondus litis, quam in loco 1 Tim. III, 16. moverat Alexanderinus codex. Obiter hoc dicimus aduersus Wetsteinum. Ad marginem huius codicis numeri Ammoniani scripti reperiuntur, quos interdum varietatis caussam praebuisse statuit

tuit R. Knittelius, putatque, quantum quidem iudicamus, recte, esse in his numeris insignem lectionum variantium fontem. Utitur illustrandi causa exemplo Matth. III, 16. ubi Codex Cantabrigiensis legit: πνεῦμα τὸ θεῖον καταβιβόντα εἰς τὸ περιστέραν. Millius putabat, ortam esse hanc lectionem forte ad exprimendam Spiritus S. personalitatem, uti Ioh. XV, 26. XVI, 13. Wetstenius, cuius stomacho hoc non conveniebat, putabat masculinum genus in καταβιβόντα inde repetendum esse, quod apud Latinos, ad quorum codices ista lectio refuta sit, spiritus sit generis masculini. Optime has nugas expludit Rev. Knittelius, hoc argumento, quod in tali mutatione librarius utriusque linguae peritus esse debuerit, adeoque de mutatione ne cogitare quidem potuerit. Quare existimat, huic loco Canonum Eusebii numerum & adscriptum fuisse hoc modo:

Θεῖον καταβιβόντα εἰς τὸ περιστέραν

Librarium τὸ & textus partem existimasse, ubi τ inter ν et α evanuit, adeoque καταβιβόντα exprestissile. Ingeniose sat, atque etiam probabiliter; Millii sententia exemplis, quae protuli, nititur: nec tamen vera. Evidenter lubens facio cum R. Knittelio, quamquam nullius codicis exemplo docuerit, esse in isto loco et post illud ipsius verbum Canonis Euseb. num. α, quod fieri debebat ad lectioνem hanc, quae fane sit magni momenti, recte examinandum. Quare celeberrimi Editoris conjecturam critico argumento confirmabo. Centum annis ante Eusebium, Ammonius Alexandrinus, ex quatuor Evangeliis inter se collatis, atque apte dispositis, integrum Historiam Evangelicam confecrat, ipsumque Evangeliorum textum in margine exempli sui numeris distinxerat, ut Diatellaron esset. Ipsae Sequentulae eadem sunt, quas hodieque in Codicum margine interiori adpietas videmus, observante Millio Proleg. N. T. n. 738. scilicet in Evangelio Matthaei, 355. Marci, 236. Lucae, 342. Iohannis, 232. Quem codicem Ammonianum, quam natus esset Eusebius, vidit hoc modo omnes Evangeliorum particulas ad decem classes revocari posse, ita ut in prima tabu.

tabula essent particulae, in quibus *quatuor Evangelistae* concordant, in secunda *Matth. Marc. Luc.*, in tertia *Matth. Luc. Ioh.*, in quarta *Matth. Marc. Ioh.*, in quinta *Matth. Luc.*, in sexta *Matth. Marc.*, in septima *Matth. Ioh.*, in octava *Marc. Luc.*, in nona *Luc. Ioh.*, in decima denique illae particulae, quae cuique Evangelista *peculiares* sunt. Et sic quidem Ammonianis numeris Eusebius suffixit, in margine Evangeliorum, unam e primis alphabeti literis, quae tabulam indicaret, ad quam numerus ille esset referendus; unde v. c. Matth. III, 16. ad marginem scriptum est  $\overline{\delta}$  nec quicquam  $\alpha$

facilius, quam ut  $\alpha$ , cuius vim ignoraret librarius, ad *πατρούς* assumetur.

Sed veniamus ad tertium Codicem, quem Guelpherbytanum B vocavit Eruditissimus Knittelius. Is quamquam a superiori differt, accedit tamen litterarum similitudine ad ipsum Alexandrinum codicem, quod patet quoque e specimenibus utriusque, ab Editore Tab. III, et IX. exhibitis. Continet Guelpherbytanus B particulas has: *Luc. IV, 34-44. V, 1. VI, 10-26. XII, 5-43. XV, 14-31. XVII, 34-36. XVIII, 1-15. XVIII, 34-43. XIX, 1-11. XIX, 47-48. XX, 1-17. XX, 34-47. XXI, 1-8. XXII, 27-46. XXIII, 30-49. Iohann. XII, 3-20. XIV, 3-22.* Extant haec fragmenta p. 105-117. Variantes eorum lectiones, supposito Milliano textu, recensentur p. 309-314. quas Critici in suo exemplo notabunt. Memoranda prae caeteris omissionis vocis *ὑγίης* *Luc. VI, 10.* quam temere illatam isti loco dudum existimavimus; quicquid enim significet, id iam verbo *ἀποκατεσάθη* expressum erat. Veterissimas esse codicis huius lectiores, patet in primis e consenu cum Alexandrino codice, et cum Vulgata. Vnde omissum *ὑμῶν* *Luc. XII, 22.* Sic *Luc. VI, 18.* in formula *οἱ ἀχλαῖοι ὅπερ πνευμάτων ἀκαθάρτων, καὶ θεραπεύοντο,* legit rectius, cum veterissimis membranis: *οἱ ἀχλαῖοι σὺν πνευμάτων ἀκαθάρτων θεραπεύονται.* Sensus est: *In primis vero, qui a geniis malis vexarentur ita, ut immundi redderentur, sanati sunt.* Quam interpre-

D

terpretationem, qui non assequerentur, librarii, ante ἑργατον, καὶ addiderunt, ne ἑργατεύοντο ad πνεύματα pertinere. Immo agit locus de hominibus per genium malum morbo affectis tali, qui ipsis immundos redderet, atque ab omni cum reliquis hominibus commercio arceret. Tales erant quidam leprosi, vel qui morbo vesti in sepultris larem haberent, vel epileptici et lunatici turpes, qui horrida membrorum gestulatione vulgus arcerent et in terrorem conuicerent. Multo minus hunc locum intellexit librarius codicis Lipsiensis, qui legit ἑργατον ἀπάντες, qua posteriore voce cavere voluit, ne quis in obseisis immundis morbum suspicaretur. In loco parum difficulti, Luc. VI, 23. Guelph. B. pro: κατὰ ταῦτα ἴπολου legit: τὰ ἀντὰ εἰναὶ in quo est glossema: nam Matthaeus V, 12. simpliciter habet εἰναὶ. Nihil mutat Guelpherbyt. A.

Luc. XII, 15. G. B. addit πάσης ante πλευρίας, uti alii Codd. multi, in primis Alex. et Vulgata. Recte tamen illud explicandi studio additum putant Millius Proleg. n. 373. et Bengelius ad h. l. Talia interpretamenta frequentia esse in hoc codice, patet quoque e Luc. XII, 15. ubi pro τῶν ὑπαρχόντων ἀντοῖ habet facilius αὐτῷ. Traiectiones verborum, Lucae propriae, frequenter immutantur; v. c. Luc. XII, 35. legit: ἔσωσαν αἱ δοφές ὑμῶν πειθώσασαι. Luc. XII, 37. habet: οἱ δὲ κύριοι ἐλθὼν etc. adde Luc. XIX, 11. XX, 9. XXI, 3. XXII, 34. Vicissim funguntur v. Luc. XIX, 8.

Luc. XVIII, 14. pro οἱ ἑκάνοι Guelpherbytani B et A legunt οἱ γὰρ ἑκάνοι, quod recte, auctoritate aliorum codicum, praeferendum putaverat Millius.

Luc. XVIII, 41. Gu. B habet: οἱ λέγων τι σοι. Videatur in litura fuisse vox Ἰησῆς, pleniusque sic legendus hic locus: οἱ Ἰησῆς, λέγων τι σοι θέλεις ποιήσω; sic legunt Bodt. 4. 5. L. M. I. Pers. Otiose quidem hoc additum, uti saepe in Evangelii.

Luc. XIX, 4. recte legit ἑκάνοι, uti vetustissimi Codd. pro οἱ ἑκάνοι. Similiter occurrit πολας Luc. V, 19.

Luc. XX, 39. legit τῶν σαδδικῶν, quae interpolatio nata est e v. 27. Guelph. A. recte habet: τῶν γιαμμωντων. Ceterum

terum, illa *infra* scriptura, quamvis ab hoc loco aliena, confirmat observationem Drusii in Praeteritis, qui recte statuit, *Σαδεκαῖς* per simplex δ̄ scribendos esse.

*Luc. XX, 45.* peculiaris huic codici est lectio ἀπε πρὸς αὐτοὺς: *glossema.*

*Ioh. XII, 7.* legit cum aliis multis: *ἴνα εἰς τὴν ἡμέραν τῆς ἑταφίσης με τηγάνην αὐτόν* quam lectionem probavit quoque et illustravit Millius in Prolegom. n. 431.

*Ioh. XIV, 4.* delet posterius οὐδὲτε. Pariter tollit repetitionem verbi γινώσκειν v. 7. legitque με δὲ γένεται.

*Ioh. XIV, 22.* pro: τι γέγονεν legit: καὶ τι γέγονεν, consentientibus quoque aliis scriptis: scilicet id graece esset: τι δέ τι γέγονεν, ὅτε etc. uti Cicero loquitur. *Quid igitur accidit, cur confilium mutarem.*

Habebamus multo plura hic dicenda, si diutius lectores morari animus fuisset. Liceat nunc, quid nobis de atroque codice graeco videatur, palam profiteri. Codex Guelphbytanus B scriptus est ab homine docto, nec ex vulgata emendatus, sed e graeco codice factus; quod ipsum compabant mutatae verborum graecorum trajectiones; consentit plerumque cum vetustissimis optimisque codicibus, recteque habetur in primariis codicibus. Eadem fere dici possent de Cod. Guelph. A, si hoc tantum exceperis, quod librarius, cuius manu scriptus fuit, linguae graecae fere expertus fuisse videatur, quod multis patet vitiis, v. c. γεγματων pro γεγματέων etc.

Pergimus ad fragmenta *Galeni*, in eodem codice Indo-ri rescripto obvia, de quibus exposuit R. Knittelius p. 253-262. Manus inest vetusta, sine verborum intervallis, adeoque probabiliter e Sec. VII. repetenda. Comparatur iste codex cum Colbertino num. 3084 insignito, et scripturæ specimen exhibetur Tab. VI, Sp. III, IV. Collata fuerunt haec fragmenta ex parte cum Galeni editione Aldina, qua olim usus fuit Iosephus Scaliger, quoque nunc in Guelphbytana Bibliotheca servatur, cum notis magni illius viri magini

## 28 NOVA ACTA ERUDITORUM

gini adscriptis. Nos ista omnia curiosius indaganda futuro Galeni editori relinquimus.

Extant praeterea in eodem codice folia quaedam fragmentorum Versionis *Vulgatae* veteris Testamenti, quorum specimen e Iud. VIII, 15-18. Tabula quinta aeri incidi curavit Rev. Editor.

Sequuntur has particulas alius Codicis *Vulgatae* Veteris Testamenti folio VIII, a superioribus diversa, quod patet etiam e scripturae specimine Tab. VI, Specimine I, exhibito.

Restat nunc, ut de commentario dicamus, quo totum istud opus illustrare instituit R. Editor. Complectitur Capita novem.

Cap. I. Sect. I. *De magno codicum, manu antiqua scriptorum, u. i., in cognoscendo vero textus N. T. ingenio §. 1-14.*

Complectitur haec Sectio multa lectu dignissima, liberalis doctrinae cupidis summopere commendanda. Liceat tam monere de loco 2 Thess III, 14. quem Auctor p. 137. et 138. explicat sic, ut verba διὰ τῆς ἐπιστολῆς τῆς οὐμεῖσθαι, vertat: *una cum redditione huius meae secundae, ad vos datae epistolae*, i. e. quando remittitis hanc epistolam, *inobsequenter hunc indicate*. At alienam esse hanc explicationem, et duram, nec ex 1 Cor. XVI, 3. confirmandam, nemo non videt. Immo vero illustris hic tenendus est hebraismus, quem sequuti, comma istud interpretamur sic: *per hanc epistolam ipsum notate, τῆς ἐπιστολῆς dictum pro: ταῦτης τῆς ἐπιστολῆς*, uti saepe, v. c. 1 Thess. V, 27. *οὐμεῖν notandi et configandi* vim habet, uti Substantivum apud Alexandrinos interpres Num. XXVI, 6. coll. fonte. Ceterum fateri cogimur, vehementer nobis displicuisse demonstrationem Probabilium mathematicam p. 163. etc. sive ulla necessitate et utilitate institutam; sensus internus hic sufficit; nec ullas unquam criticus de probabilitatis regulis, quae hic demonstrantur, dubitavit.

Sect. II. *Tradit vias nondum satis notar, nec tritas, indagandarum novarum varietatis in Textu sacro caffarum. p. 197-220.*

Prima est e diplomaticis, in quibus saepe occurunt loca litterarum sacrarum. Sed parum tuta nobis videtur haec via,

via, quum saepissime non ipsa verba, sed sententiae tantum vim in talibus scriptis expressam fuisse constet. Praeterea patet, ista omnia e vulgari manasse.

Altera est e codd. rescriptis, qui saepenmō exibent loca sacra N. T. recentiori scriptura oppr̄sa. Tales codices multos in Guelpherbytana Bibliotheca supereesse docuit Auct̄or p. 205. eorumque descriptionem criticam dedit in Appendice huius operis Num. 1.

Cap. II. *Exponit de ingenio et fatis codicis rescripti Isidori apud Guelpherbytanos*, cuius fragmenta pristina supra indicavimus. Extat haec descriptio historica p. 220-249.

Cap. III. *Differit de textibus, quos praeter Gothicum, duosque IV. Evangeliorum graecos, exhibet littera codicis rescripti Isidori*, p. 249-271. Recensetur hic foliorum numerus, scriptura etc. de quibus supra egimus.

Cap. IV. *Recensetur graecus Codex Guelpherbytanus A. p. 271-299.*

Cap. V. *Recensetur Guelpherbytanus B. p. 299-315.*

Cap. VI. *Gothicus Codex illustratur Commentario et Glossario p. 315-418.* ostendit R. Editor, satis probabiliter, *sixcos* Codicis Carolini esse eosdem cum Euthalianis p. 381-384.

Disputatum fuit inter viros doctos, an Ulphiana evangeliorum versio e graeco textu facta sit? quod quidem Behgelius in Appar. Crit. p. 408. invictis argumentis ostendit, Wetstenioque probavit: addi potest etiam Clariss. HRE in Ulphila illustrato. Idem ostendit R. Knittelius de versione Gothicā epistolae ad Romanos, ex ipsa lectionis varietate, atque deinceps.

Cap. VII. *docet Gothicam et quidem Ulphilanam versionem iſe, quam in Carolo Argenteoque codice legimus, p. 418-453.* Mirifice nobis placuit haec Sectio.

Cap. VIII. *Refutat obiec̄iones a Maturino Veyssiere de la Croze propositas, pag. 453-495.* Extant istae obiec̄iones in Thes. Epist. Crotian. T. III. p. 78-95. in Epistola ad Iohannem Chamberlaynium scripta, eoque redeunt, ut credat vir ille doctus, eam versionem N. T. quae vulgo Gothicā habetur,

beatur, nullam aliam esse nisi Francicam veterem. Quam conjecturam examinat et confutat Rev. Knittelius, quemadmodum etiam a Ven. Ernestio refutata fuit in institutione interpretis N. T. p. 107.

Cap. IX. *Offendit utilitatem Verfionis Gothicae generatim, et huius quidem Codicis Carolini sigillatum p. 496-506.*

Sed haec breviter indicasse sufficiat; non possumus satis mirari ac celebrare suminam Seren. Ducis Brunovicentis liberalitatem et indulgentiam, qua contigit, ut veneranda illa Antiquitatis monumenta typis describerentur. Quumque substantio et tali Principe nunquam possit Reverendo editori deesse occasio, ex amplissimo Thesauro Guelpherbytano plura profendi rei criticae et literariae praesidia; rogamus eum publico nomine, ut in difficulti hoc labore perget, nostrumque seculum illustrius reddat, id que eo magis rogamus, quo magis ipsius eruditionem exquisitissimam, rei criticae peritiam, ingeniumque felicissimum, ex hoc ipso libro perspexerunt atque intellexerunt boni omnes.

*FRIDER. SAM. DE SCHIMIDT, S. MARCII. BALDA-*  
*Durlacensis Consil. Aulici, Acad. Paris. Lugdun. Monsp.*  
*Tolos. Nemours. Londin. etc. Socii, Opuscula, quibus res*  
*Antiquae, praecipue Aegyptiacae, explanantur.*

Carolsruhae 1765. Alph. 1. plagg. 3. in 8.

**L**iber hic, nitidissimis formis impressus, *Commentationibus V. absolvitur*, quarum tres priores iam antea in Excerpto totius Italicae et Helveticae litteraturae A. 1759. et 1760. typis mandatae fuerunt, reliquae nunc primum prodeunt. Prima est *Dissertatio de Zodiaci nostri origine Aegyptia*, ad Societatem Antiquariorum Londinensem scripta, quam doctissimus observationibus referant, nunc breviter recensebimus. Creditum fuit olim *signa Zodiaci ipso stellarum situas efficere imagines*, quae vulgo ipsi tribui solent; ea enim est plerunque Philosophorum et Astronomorum indoles, ut in origine rerum indaganda iubet.

abilitatem ingenii sequantur, Historiam veterem fere contenant, sicut non consulant. Illustris auctor errorem illum, a Salmatio in libro de annis climactericis proscriptum, pariter expludit, idemque iudicandum ait de illis, qui a Siderum orbis signiferi figuram repeatant a vi, quam in hunc terrarum orbem transfundere videantur. Ostendit porro, originem Zodiaci frustra quaeri in apothrofī filiorum Iacobi Patriarchae: expendit deinde Macrobii et Gogueti sententias: denique suam proponit celeberrimus auctor. *Macrobii* sententia, quam nostra aetate plurimū a ornavit *Plachius* Abbas, eo redit, ut dicat, signa Zodiaci nisi varia siderum ad solem relatione, quam philosophica arte explicabat Macrobius, ita quidem, ut omnino prīnis rerum inventoribus tribui nequeat, quum sit a sensibus nimis seimcta, nec nisi conjecturis superstructa. *Goguetus* in Dissertatione de Sideribus, (quae exlat in Originibus legum, artium, et scientiarum, quae prodire franco gallico idiomate *Hagae Com.* 1758 T. II, p. 731-780.) statuit ligna Zodiaci deberi doctis Astronomis, qui ante inventas litteras, quum vellent doctrinam de sideribus regulis adstringere, hieroglyphicis figuris uterentur. Verum istam quoque conjecturam recte impugnat illius Schmidt, nec omnino appetet, quid commoverit viros doctos vetustae antiquitatis, ad describendam formis hieroglyphicis astronomiam, quarum, si quis usus fuit privatis, certe non nisi in monumentis sepulcralibus locum habuit. Sequitur deinde ipsius Schmidii conjecturas, quae haec est, ut statuat *Graecos Zodicum nostrum ab Aegyptiis accepisse, qui quodlibet signum Deo euidam consecrarent*. Scilicet, totum differunt, quod in hac re inter Graecos et Aegyptios intercedit, a fabulis et mythologia repetendum videtur, ad quam singulæ constellationes referabantur. Iam, quis nescit, innumeræ istas fabulas, et apud alias gentes alias fuisse. Habet Zodiacus Aegyptiorum Decanos, h. c. praefides orbis signiferi 36, quorum tres unicuique signo praepositi fuerunt, quos vide in Salmatii libro de annis climactericis. Conjecturam suam recte firmat auctor Macrobii, Matheronis, et Luciani exemplis; utitur quoque numis ineditis, Hadriani et Antonini tempore in Aegypto eulis, qui graeca Zodiaci

diaci signa exhibent. Constat, Aegyptios deorum imperium sedemque in Planetarum orbibus et Zodiaco collocaisse, unde universa ipsorum Astrologia repetenda videtur. Sic *Aries* Iovi Ammoni sacer, quem Praesidem habebant aequinoctii vernali in Arietis signo collocati. Confirmat hanc opinionem tabula Isaica. Ceterum haud dixerim, Pascha in aequinoctio verno, in contumeliam idolatriae institutum fuisse, ut eadem anni tempestate, qua Aegyptii Ammonem maxime colerent, Aries huic numini sacer a Iudeis caederetur. Rabbinicas nugas nimis redolent eiusmodi explicatio. Immo iam *Abraham* tempore in usu fuisse immolationem arietis, docet literarum S. exemplum, nec aliud videtur sacrificium fuisse, unde vestes datae *Adamo* et *Evae*. Quae Tacitus Hist. V, 4. contraria habet, inficitiam hominis et levitatem satis probant.

*Taurus* Apin referre videtur Schmidio, recte quidem, si Lucianum audias; ad Venerem pertinere videtur Manilio.

*Gemini* Aegyptiis sunt Horus et Harpocrates, fratres; Graecis Castor et Pollux.

*Cancer* Anubidi apud Aegyptios, Mercurio, quod idem est, apud Graecos, sacer fuit. Erat stella canis.

*Leonis* lidus Osiridi, i. e. Soli, sacrum habuerunt Aegyptii, quumque Sole istud signum transeunte, amplior sit Nili exundatio, accidit ut in veteribus monumentis exprimerentur leones, et effigies hominum leonis capite insignitae, aquam Nili in vasculis gestantes.

*Virginem* putarunt Isidem, Horo suo ubera admoventem. Fuit illa Osiridis uxor. Inde Sphinx composita ex Leone et Virgine, qua Aegyptii indicabant exundationem Nili, Sole haec signa transeunte abundantissimam. Quo etiam pertinet Gryphus. Spica virginis tributa, vel recentius adiecta fuit, vel certe apud Aegyptios non meslis tempus significavit, sed hoc, quo Nili sit exundatio, unde pendet Agypti fertilitas.

*Libra* aequinoctialis exprimendis apta visa.

*Scorpius* apud Aegyptios occurrit in hieroglyphicis; apud Romanos Marti sacer fuit, quem cum Typhonie Aegyptiorum eruditus confert illustris Editor.

Sagitt-

*Sagittarius* pariter conspicitur in hieroglyphicis a celeb.  
Pocockio editis.

*Capricornus* Aegyptiis fuit Hircus Mendesius, i. e. Pan.  
*Aquarius* Canopo facer, in memoriam inventi Osiridis in  
astra relatus fuit.

*Pisces* fidus recte ad Venerem pertinere consetur, et in  
vetustis Aegyptiorum Obeliscis conspicitur.

Secunda huius Voluminis Dissertatione est *de Cepis et Aliis.*  
ab Aegyptiis cultis. Magnus in huius cultus historia est veterum  
dilectus, cui mederi studuit auctor, ita ut primum veterum lo-  
ca de hacre afferret; deinde cepas uni Nomo Aegypti, unique  
deo sacras fuisse ostenderet, nec tamen quodlibet ceperum ge-  
nus, sed unum tantum. Quaerit denique de origine istius cultus.  
Putat Diodorus nec non Plutarchus, Aegyptios non religione,  
sed horrore commotos, a cepis abstinuisse. Sed istos, quo mi-  
nus omnino sequaris, impedit luculentum exemplum Num. XI,  
§. nec non laudes ceperum Aegyptiacarum, quae in itinerariis  
leguntur, ad contrariam sententiam nos abire iubent. Copis et  
aliis altis fuisse operarios, in conseruendis Pyramidibus adhibi-  
tos, docent testimonia Herodoti, Plini etc. Haud tamen nega-  
ri potest, alieibi ceperum usum vetitum fuisse. Scilicet Sacer-  
dotes Aegyptii cuique Pago singulare Numen, Plantas, et anima-  
lia propria dicaverant, adeo ut exceptis paucis bestiis, quae ubi-  
que colerentur, caeterae omnes in eis tantum regionibus gratae  
essent, ubi numinis, cui dieat, et essent, cultus vigeret. Sic Pe-  
lusiota Copia, quod Luciani, Sexti, Gellii, aliorumque testimo-  
niis egregie demonstravit Schmidius. Erat illa marina, Typho-  
ni laera, ob vim acrem, ignitam, urentemque. Hanc itaque  
etsi caeteris Aegyptiis odiosam, Pelusiota, Typhonis  
cultui addicti, honore divino prosequi debuerunt. At caeteris  
Cepis, haec sola specie excepta, Aegyptiis utilicuit.

Progradimur ad tertiam Dissertationem, *de Orphei et An-  
aphonis nominibus Aegyptiis*, quae nobis mirifice placuit. Horus  
s. *Orus* s. *OR* Aegyptiorum, unus idemque est cum *Apolline*  
Graecorum (Herod. II, 156.). Inde utriusque tenera aetas, radiis  
distinctum caput, Aurigae denique flagra, solis insignia, tribuun-  
tur. Quare Horapollo appellatus fuit idem deus, notante Eu-  
gathio

statio ad H. IV, 332. Simile nomen est Hermanubis; Anubis enim, uti iam dictum, est Mercurius: qua occasione egregie carpitur Passerius, qui ebraicæ originis hanc vocem crediderat. *Gphe* et *Gpho* generare denotat Coptis; unde *Orpheus* est Horus filius. Apollinis filius, cunque istud nomen cum illo *Origenis*, quo frequenter oī sunt Aegypti, plane eiusdem indolis. Ac projecto de sententia quoque veterum Graecorum, *Orpheus* Apollinis e *Calliope* filius habitus fuit.

Jupiter Aegyptiis veteribus *Anun* diūtus (Herod. II, 41.) unde Thebae vocatae *No Ammon*, i. e. Διόπτας, quod recte expresserunt Alexandini interpres Ier. XL VI, 25. Ezech. XXX, 15. Atque sic veteres *Amphionem* filium *Iovis* ex *Antiope* habuerunt. Eum condidisse ferunt Thebas Boeotiae, cognomines illis, quae in superiori Aegypto Iovi Ammoni sacrae fuere. Firmat illustris Schmidius, quae de *Orphei* et *Amphionis* ortu dixerat, egregio Pausaniae loco.

Quarta Dissertatio agit de *commercis et navigationibus Ptolemaeorum*, praemio ornata ab Academia Parisiensi anno 1762. Vetusissimi Aegyptiis nulla fuere commercia, nec navigationes ad gentes exteris, quod constantiorem existimarent eam felicitatem, quae bonis legibus, ipsiusque patriac divitiis continebatur, aliena bona, mores, et religiones metuerent. Pammachius primus *Graecos* amare, corumque cum sois commercia tueri coepit. Deinde quum Alexander M. *Tyrum* destruxisset, omnis fere commercii praecipuam sedem, usque itineribus maris et terras vix antea cognitas mercatoribus patefecisset, commercia cum *Graecis* multo magis exercita fuerunt; ipsaque Alexandria aedificata, centrum commercii totius terrarum orbis. Habet primam originem et occasionem splendidæ sub Ptolemaei navigationis, quam ipsam aliquot Sectionibus persequitur celeberr. auctor.

Prima est de *institutis Ptolemaeorum, quibus commercia et navigationem Aegyptiorum adiuvarent*. Iam ante Ptolemaeos exstructa fuerat Alexandria, loco commercis et navigationi opportuno aptissimoque, urbs, quae vivendi amoenitate, et habitandi commoditate, quamplurimos incolas brevi tempore nacta est. Li adiungenda *Pharus*, sub Ptolemaeo Philadelpho, a Sostrato

to Cnidio aedificata, fidum nautis praesidium. Accedit *Fusca Regum*, opus stupendum, cuius etiamnum quaedam vestigia supersunt, quod Nilum Mari rubro iungeret ut facillima esset e mari Mediterraneo ad Arabicum Sinum Indosque navigatio. Commercea interna adiuta *Canalibus plurimis*, ad Mareotin Lacum ducentibus, maximeque necessariis et utilibus, ob Lacus istius cum Alexandria coniunctionem. Praeterea in primis memoranda est via *Copto Berenicea ducens*, quae Ptolemaeis debetur a Ptolemaeo Philadelpho confecta, qui etiam aquarum pernuria in istis locis egregie prospexit. Idem rex *navium præstantia*, et copia, priscos superavit, adeo ut Nilus et Mediterraneanum mare variae formae navibus, et coriaceis, et papyraceis, et ligneis, maximae magnitudinis, et inservit, abundarint. Neque id neglexerunt Successores; imo Philopator fuit exstruxisse *nave mordinum quadraginta*, aliamque, cuius longitudo esset *dimidiū fladi*, latitudo maior quam triga, altitudo parum a quadraginta cubitis abesse. Epiphantes Romanos iusit *cyllem*, qualem velint, a se petere; unde liquet summa omnis generis navium abundantia.

Secunda Secundio exponit de commerciis *Ptolemaeorum in mari rubro et Oceano*, quae quidem, potissimum Indicis mercibus, maxima fuere sub Ptolemaeo Philadelpho, eiusque filio Ptolemaeo Evergete, in quo, quicquid Lagidacum virtutis supereret, fore existitum est. Quale enim cunque fuerit postea Aegyptiorum sub regibus commercium, id luxum potius et avaritiam satiate videtur, non opes et potentiam imperii auxisse. Quid esset si potuerit, si boni Aegyptiis contigissent reges, id patet e splendido Romanorum in istis regionibus commercio, tanto, ut quicquid claves mercatorum maxime in Indianum navigarent, omnisque generis merces suavissimas et praestantissimas undique afferrent. At quaeritur, quales fuerint *limites commercii Ptolemaeorum navalium*? Illustris Schmidius utitur loco Plini, quo totus ille cursus describitur, inde quo colligit, quod huius Ptolemaei mercatores non videantur ultra *Mudabaricos oras* navigasse, neque circumvisse oras Comandarias. Proxime Aegyptius commercium sicut cum *Tiopramantibus*, his que cum Seribus aliisque gentibus Indicis. Habuerunt quoque faciles *Barygazos*,

zas, gentem haud procul ab Indi ostiis habitantem, terrestre commercium cum disitis Indiae gentibus exercebant, et *Sefatas*, annuatim Thinarum merces petentes. Maximum lucrum pepererunt *testudines*, *ebur*, *margaritae*, *sericum*, *lanae*, ex animalibus; porro e plantis, *Linum Indicum*, *telaque inde contextae*, *Othonia*, *Filum*, *Sindones*, *Carpafum*, *Saccharum*, *Nardus spicata*, quae est optima, *Costum*, forte non idem cum nostro, *Milobathri Indici* folia suavissimi odoris, *Gummi Bdellus*, *Caryophili aromatici*, *Myrrha*, *piper*, *Ebena pretiosissima*, *Cardamomum*; e mineralibus *Adamas Indicus*, *Carbunculi*, *Hyacinthi*, *Opali*, *Saphiri*, *Callais*, *Amethysti*, *Sardae*, *Onyches*, *Achates*, *Crystilli*, *Murrha*, quae ex India, vel praecipue e Parthorum Provinciis afferebatur, (de qua optime exposuit beatus noster Christius in libello de Murrinis veterum,) *Amianthus*, *Electrum*, de quo egit Gesnerus Tomo III. Actorum Goettingensium. Auri argenteique commercium Ptolemaei cum Indis intercessisse, rete negatur. Versabatur autem omnis illa mercatura in mercibus commutandis, quas Aegyptii ad Indos transtulissent. Inter quas praecipue commemoranda *Vitra*, *Chrysolithi*, *Vestes variis*, *Melilotus*, merces Aegypto indigenae, et argentum, *flannum*, *plumbum*, *Sandaracca Graecorum*, *Stibium*, *Arjenicum*, *Purpura*, *Corallium*, *vinum* denique; quas merces Aegyptii aliunde advehabant.

Haec de Indicis. Sequitur de commerciis *Argyptiorum Troglodytico Aethiopicis*. Magna est de Troglodytarum finibus inter viros doctos controversia, de qua sigillatim explicare haud placuit celeb. Schmidio, quum ad quaestionem propositam sufficiat statuere, quod sub Ptolemaei Aegypti finibus gens illa comprehensa fuerit. Praecipua istius gentis sedes fuit *in litore finis Arabici*, unde maximum cum Indis commercium habuit sub Ptolemaeo Philadelpho, qui et ipse tres in illa regione exstruxit urbes, portusque, Berenices, matris, nomine insignes. Misit rex Satyrum in terram Troglodytarum, qui tandem cum successoribus in *Topazion*, Insula, serpentes, quibus scatebat, destruxit, hominesque ibi collocavit, qui *gemmae* querendis operam darent. Per urbes a Ptolemaei aedificatas, patuit Troglodytis commercium cum *Aethiopibus*, i.e., cum incolis earum re-

gionum, quae hodie respondent regno Nubiae, Abyssinia, Adelis, et Oris Zanguebar. Utebantur isti ad transferendas merces partim fluu *Arabico*, partim etiam *Nilo*; quod itidem sub Romanis factum, ubi praecipuum fuit *eboris* commercium. Aucta fuit haec mercatura sub Ptolemaeo Evergeta primo, Philadelphi f. quod patet e *Monumento Adulitano*, i. e. e Sella Marmorea, Marti in Adele Aethiopiae consecrata, quae continet descriptionem gestorum Evergetael, eiusque Patris Philadelphi, in N. Patrum Collectione Tom. II. Hic dicendum foret de *Ophir*, et commercio ibi instituto; nec tamen constat, ubinam terrarum illud situm fuerit. Paullo clarius exponere licet quales fuerint merces *Troglodytico Aethiopicae*, quamquam haec quoque res coniecturis nitatur. Praecipua vero genera sunt: *ebur*, *Rhinocerotum cornua*, *Hippopotamorum coria*, *Tifludinum pretiosissimum integrum*, *Sphingia*, i. e. Cebi et Cynocephali, species simiarum Troglodyticarum, *Mancipa*, *Aurum non signatum* (unde Berenice, urbs Troglodytica, Panchrysos dicta.) *aromata*, *herbarum radices*, et *gemmae multae*. Quas merces Aegyptii commutarunt cum vestibus, vasculis aureis, argenteis, aeneis, vitreis, lanceis, securibus, frumento denique et frugibus, oleo vinoque.

Pergimus ad *Arabica Ptolemaeorum commercia*. Quum sub Ptolemaeis minus quam sub Romanis, in Indiam navigarent Aegyptii, accidit, ut in *Felicis Arabiae emporis*, non modo Arabicae, sed etiam Indicae merces, cum *occidentalibus* permutarentur. Ita Arabum commercio locupletata fuit *Cava Syria*, Ptolemaeo Philometori subiecta. Sunt autem merces Arabiae praecipuae *aurum*, *aromata*, eorumque in primis *Casia*, *Thus*, *Myrrha*, et *Cinnamomum*, fructus *Parinna*, *Smaragdi*, *Berylli*, *Opali*, *Sardonyches*, *Topazii*, *Callais*, *Amethysti*, *Hincinthi viles*, *Achates* et *Molochites*, *marmor Lygdinum*, *margaritae*, *Tifludines* et *Cinnabari*. Pro eiusmodi mercibus Arabes vicissim sumebant *Styracem* a Syris et equos; ab Indis *crocum* et *othonia*; ab Aegyptiis praeter pecuniam. Abollas, Lodices, vestes ex lino fabricatas, et aliunde per commercium *Alexandrinum*, *Stannum*, *Aes*, et maxime *Ferrum*, *Purpuram*, *Vasa egregia*, *caelata opera*, *statuas*.

Tertia Sectio agit de commerciis et navigationibus Ptolemaeorum in mari mediterraneo. Sunt qui omne Aegyptiorum eam Occidentis populis commercium prorsus negent, neque id nisi Carthaginensibus tribui posse credant. Sed probabilior est contraria sententia, quam ipse amplectitur Schmidius. Primum enim Diodorus Sic. docet, *Rhodios* animis ad Ptolemaeum I. inclinasse, lucri caussa, quod Aegyptiis mercatoribus deberent. Solebant enim ipsi Aegyptum adire, ibique suas cum peregrinis mercibus commutare. In primis vero inde deportarunt frumentum, quo maxime abundabat Aegyptus. Porro *Cyprus* in potestate regum Aegypti fuit, inde a Ptolemaeo I. usque ad Aulem, mox a Romanis expugnata, Aegyptiisque ad breve tempus redita, donec iterum in Romanorum ditionem redigeretur. Quae Insula, quum silvis ubique referta sit, videtur Aegyptiis *nauium materiam* praebuisse, neque hanc tantum, sed *unguenta* quoque, *lapides pretiosos*, *aes Cyprium*, *vinaque optima*. *Cretenes* vero, quamquam Aegypto parum dissent, illo certe tempore, de quo quaeritur, non mercaturam, sed militiam et quaevis piratarum flagitia exercuisse videntur. Verum *Cyclades Insulas*, earumque in primis *Delum*, optimi vini et praestantissimarum mercium copia repletas, divitiis suis Aegyptiorum felicitatem auxisse, eo certius est, cuum illo ipso tempore in potestate Ptolemaeorum fuerint, quod praeter Theocrinum, ex Adulitano monumento luculententer appareat. Quid quod *Graeci* quoque multi, iam inde a Plammetychi temporibus, in Aegyptum transfierint, quod de Cariis et Ionibus affirmant Diodorus et Herodotus. Quare, quum isti inde ab antiquissimis temporibus in Aegypto laetim habuerint, nonne probabile est, eos maxima et opulentissima commercia instituisse? Praeterea *Pomphyliam*, *Lyciam*, *Cariam*, et iudeum quoque *Ciliciam*, classibus, quas in his oīis tenebant, subditas sibi habuerunt Ptolemaei; nec tamen commercia ibi videntur exercuisse, nisi exigua admodum; immo securitatis potius causa orae istius piratas, quantum fieri posset, coegerent studebant. Iam quod ad *Corinthios* et *Athenienses* attinet, quum fuerint omnis generis mercatura celeberrimi, et sub Philadelpho Aegyptiis, pariter ac *Lacedaemonii*, foedere iuncti, nonne recte dixeris cum Schmidio, ipsis quoque commerciorum

rum cum Aegyptiis societatem intercessisse? Alioquin unde Ptolemaeo Philadelphia vasa Corinthio? unde apud eundem in pompa celeberrima repraesentatio Corinthi? Nec *Puteolum* cum Romanis commercium omittendum putamus, quod in primis Auletes auxit. In Libya vero et Mauritaniaque, Aegyptius quoque subiectae fuerunt, omnia commercia Carthaginensisbus relicta videtur. *Palæstinam* Aegyptius aequa subditam fuisse sub Ptolemaeis, nemo opinor dubitabit, qui divisionem ab Alexandri M. Successoribus institutam norit. Inde igitur Aegyptius *vina*, *ligna*, *balsamum* etc.

Ex his colligit auctor summas regum *divitias*, affertque locum Ciceronis e Strabone, quo Auletae reditus aestimantur *12000 amplius Talentorum*.

Quaerit deinde, quantus fuerit *urbium* Aegypti numerus? Secundum Theocritum plures quam 30000. Rechte quidem, modo teneas, exiguum casarum tentiorumque societatem, *urbis* nomine apud Orientis populos insigniri.

Quarta Sectione differitur de *mercibus* Aegypti. Hic primum quaerit Illustris auctor de *pecunia Ptolemaeorum*, docetque, tunc adhibitos fuisse numeros a variis urbibus percussos, et vel capitibus regum insignes, vel certe eorum nominibus signatores. Maximam lucri materiam praebuerunt equi, nulli, asini, cameli, pises, cum recentes, tum sale conditi, acrta, olea, sismina et rincna, Linum, quo etiam Iudei usi sunt ad vestimenta sacra. *Gossypium*, *Vestes variae*, textura et tintura insignes, frumenta, leguminosa, *Lotus*, *Colocasia*, varique generis gemmae, inter quas omnino memorantur *Smaragdi*, marmora et lapides pretiosissimi, quorum praecipuae species sunt, *alabastites*, *porphyrites*, *Niger Thebanus*, *Bofates*, *Obidianus*, *Ophites*, *Memphites*, *Elephantinus*, *Syrenites*, *Numidicus* s. *Lybicus*, *Arabicus albus*. Porro utilitatis et lucri haud parum Aegyptius attulere *Salia*, *Vitra*, (unde fiebant amphorae, vasa, calices etc. nec non gemmae factitiae, et factitia *Murrhina* vasa), *Unguenta*, *Charta* denique *papyracea*. Istius chartae materiam, et recte conficienda modum, egregie illustravit Schmidius e Plinio.

Absolvitur haec tota collectio quinta Dissertatione, de *Inscriptionibus Narbonensis*. Nemini dubium esse potest, quin mul-

multae etiamnum supersunt inscriptiones nondum editae. Illustris Schmidius, e magna illarum copia, quas ipse vidit, hoc specimine eas tantum exhibet, quas in nobilissima Galliarum urbe, Narbone Martio, Decumanorum Colonia, descripsit. Apud L. B., Abbatem de Breteuil, Montis Albani Episcopum, duos repetit libros M<sup>St</sup>os, alterum: *Les Antiquités de Narbone par le Sieur Lafont, Bourgeois du dit Narbonne en 1700*, forma octava maiori, omnibus inscriptionibus Narboneisibus refertum; alterum ab illius fratre consuetum: *Narbonne ancienne par M<sup>fr</sup>é Jérôme Lafont, Prêtre etc.* quaternis tribus maioribus Voluminibus, ubi, quidquid veteres scriptores lapidesque antiqui de Narbone Martio tradunt, egregie declaratur. Ut sus docuit Schmidium, prioris libri inscriptiones depravatas et viciose deseriptas fuissent ab homine, qui conjecturis indulgeret. Quum difficultum sit scire, quinam Tituli editi sint necne, ill. editor ergo adiutus sicut *manuscripto opere Seguerii*, qui immenso labore conserpuit indicem, ubi primo intuitu, ordine optimo, *omnes Inscriptiones apud quosvis auctores obvias reperire licet*: qui praestantisimus liber, utinam propediem typis vulgaretur! Ceterum, ipsae inscriptione, hic impressae non sunt omne aliquius momenti. Pleraque sunt sepulchrales; decima tertia est matrimonialis. Et tertia patet, veteres aequae ac recentiores, Diversioris animalium Insignia appenditae; memoratiss. *Hystoria Gallo Gallinaceo*, idemque nobiscum sensit S<sup>P</sup> O N I U S Miscell. 199. In ultimo lapide habes exemplum Praepositionis *ex per EXS* scriptae, uti quoque *uxor et alia*. Multae variantes lectiones ex hoc scripturæ genere, aliisque similibus, tenere effectae fuerunt.

Ceterum vix dici potest, quantum in dilucidandis obscuris istis quaestionibus efficerit admirabilis celeberrimi Schmidii industria; tantum prosector, ut omnis generis eruditivi viari ex hoc doctissimo libro quam plurimum discendo profere possint.



# NOVA ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsiae*

*Calendis Martii et Aprilis Anno MDCCCLXIV.*

---

LE PITTURE ANTICHE D'ERCOLANO E  
CONTORNI CON QUALCHE SPIE-  
GAZIONE, etc.

i. e.

*PICTURAE ANTIQUAE EX HERCULANO ET  
vicinis locis erutae, atque in aës incisæ, cum animad-  
versionibus. TOMUS II.*

Neapoli 1760. e typogr. regia, charta max. pagg. 339.  
tabb. 60.

**C**ompotes votorum sumus, quae nostra est felicitas, tum a nobis factorum, quum, quae Tomo primo Picturarum Herculaneum continentur, indicaremus. Iam enim secundus Tomus in lucem prodiit, eadem magnificentia regia, qua primus, ad illustrandas antiquitates, literas, atque boenas artes, non parum collaturus. Si primus Tomus habuit, quae voluptate lectors, et admiratione tam magnifici tamque regii operis, perfunderent, ut profecto habuit: etiam in hoc secundo quamplurima repertum iri confidimus, quae et voluptatem illam et admirationem alant et augeant. Plurimum

F

rimum splendoris gratiaeque huic **Tomo**, non sequis ac superiori, addit imago Caroli Hispaniarum et Indianum regis, quae est a manu Philippi Morghenii, summi artificis. Unicusque multo erit iucundissimum, oculis iterum iterumque relegere os illius regis, qui aliis super alia beneficiis, ii que maximis, rem literariam cumulat. Sequitur Praefatio, ex qua primo intelligimus, fuisse Venetum quendam Romae, Iosephum Guerram, qui picturas a se elaboratas diceret esse **e museo regio Herculaneenses**, easque plurimo venderet. Id quod initio suspicioni locum dedit, fuisse Neapoli, qui prodita fide picturas Herculaneenses surreptas Romanam transmississent. Devocati nonnulli sunt in suspicionem: sed fraus artificis Romani detecta, omnes et suspicione et periculo liberavit. Nunc quatuor picturae **Guerrae** in museo regio omnium oculis expolitae sunt, quibus additum est nomen **impostoris**, et brevis narratio facti. Sed praecipua praefationis pars est ea, quae numum exhibit a. 1759. inventum, qui, quia aureus est, et primae magnitudinis, esse unicus sui generis existimat doctissimis interpretibus, et a nemine visus. Conspicitur in eo caput Augusti laureatum cum inscriptione: **Caesar Augustus Divi F. Pater patriae.** In parte aversa legitur: **Imp. XV;** unde auctores conieciunt, numma A. V. C. 758. percussum fuisse, eique occasionem dedisse victoriam a Tiberio in Germania reportatam. In eadem aversa est mulier longam vestem induita, habens arcum in sinistra, dextra ad humeros usque extensa. Infra mulierem legitur **SICIL.** Monent doctissimi auctores, eandem aversam compluribus in numis, iisque satis vulgaribus exhiberi, apud Parutam et Mezzabarbam, adduntque, Platinum, Vaillantium, et Haverkampium, in eo convenire, mulierem istam esse vel Dianam, vel Proserpinam, vel Cererem, quum tria haec nomina sint unus eiusdemque Deae, teste Ciceronem, et Servio. Hinc factum, ut Diana non Latonae, sed Cereris filia putaretur, et ut in Sicilia nata, et ut Oitygia cubile Diana diceretur. An Ciceronis aliquod testimonium eorum sententiam confirmet, qui unus Deae nomina esse Diana,

nam,

nam, Proserpinam, Cererem dicunt, subdubitamus. Parumque abest, quin vetustiorem auctorem esse, qui hoc affirmet, quam Apuleium M. XI. sub init. negemus. Ceterum numos huius typi alii aliter explicant. Vailiantius eos honoribus Augusti consecratos putat, ob compositas res Siciliae: Haverkampius ad victorias Augusti Siculas, atque illam potissimum, qua Pompeii classis anno V.C. 710. ad Mylas attrita est, refert: Herculanenses Academici ad poema Augusti de Sicilia compositum, de quo Sueton. 85. Tres istas explicaciones confutandas sibi sumit nuper Iosephus Khell e S. I. in libello de numismate Augusti aureo formae maximae, ex ruderibus Herculani eruto, Viennae 1765. quem nuper in his Actis descriplimus. Qui quam acutus est in patescendi difficultaribus, quae opinionibus triumvirorum illorum obstat evidenter, tam ingeniose communiuit novam explicationem. Epigraphen SICIL., quam inferior pars numi habet, non insulae nomen putat, sed Aedilis, qui lignum dedicavit. Legit: Sextus ICILius. Aut per SICIL., intelligendum putat Sicilium Coronam ex Dionis XLVI p. 368 edit. Steph. Postremo, ne in Hadrianismi suspicionem vocetur, vereri videtur. Sequuntur ipsae picturae, quarum, ut in primo Tomo, sic in hoc duplex genus est, alterum maiorum, quarum argumenta et enarrantur, et in subiectis notis uberioris explicantur: alterum minorum, quae vel narrationibus plitorum argumenta persequentibus praepositae, vel iisdem subiectae, vel majoribus tabulis adiunctae sunt. Videamus ordinem maiorum. Primum sub adspectum cadunt novem historicæ, vel si mavis, mythologicæ, quæ Apollinem cuncta que Musas exhibeat præter Euterpen. Sequuntur duæ, quarum argumentum est obscurum et incertum: post duas, in quibus Bacchus et infans et adultus: tres, in quarum duabus est Ariadne a Theseo deserta, in tercia eadem Ariadne, cui Bacchus supervenit dormienti: una, in qua Numen aliquod et mulier oculis subicitur: ultra viginti, quae ad sacra vel Bacchi, vel Hidis, vel aliorum Numium pertinent: una, quae supplium Mariyæ ab Apolline vici exhibet: tres, nullorum altarum

tarum; nonnullae, geniorum occupationes et lusus exprimentes, praeter multas architectonicas, et miscellanei argumenti nonnullas.

In prima tabula, uti diximus, est Apollo, throno insidens singularis structuræ, ténensque dextra citharam, finis supra caput reflexa. Caput cingit laurea. Prope thronum est laureus ramus. Longa vestis colore viridi descendit per humeros in dextrum latus, tegitque corpus posticum, relicta omni parte anteriore corporis nuda. Sandalia tegunt pèdes. Verisimile est, piëtori animum fuisse, depingere Apollinem Musageten. Quae in adiectionibus leguntur, pertinent partim ad consuetudinem Deos vario situ pingendi, ita, ut nunc stent, nunc sedeant, nunc ambulent: partim ad structuram throni vel solii, cui Dii insidere soleant, quod interdum basin habet, dictum *xlii*; interdum etiam anaclinterium seu adminiculum dorso reclinando. Itali vocant *Spalliera*. Reliquae observationes pertinent ad differentiam citharae et lyrae, ad numerum chordarum in cithara, quae nunc septem, nunc undecim chordarum est. Vulgo quidem Apollini cithara septem tantum chordarum tribuitur, ob caulas, quas Callimachus h. in Delum 253. et Spanhemius ad hunc locum adfert; sed in hac pictura Apollinis cithara est undecim chordarum. Inter insignia Apollinis praecipuum est laurus, cuius rei causa redditur, item cur eadem laurus conveniat et poetis, et vaticinatoribus. Cur Apollo singatur seminudus, traditur ex Cupero in Harpoërate p. 74. sq.

Apollinem sequuntur Musae omnes, excepta Euterpe, cuius picturam casus aliquis ita abolevit, ut nihil relictum fuerit, quod piëtoris manus imitaretur. Musarum unaquaque habet notas quadam et velut insignia, quibus agnoscit facile possit, et a ceteris discerni. Plurima eorum pingendo etiam exprimi ita possunt, ut, si quis versus illos, qui a nonnullis Aufonio tribuuntur, memoria teneat,

*Cho gesta canens transactis tempora reddit,  
Melpomene tragicò proclamat moesta boatu. etc.*

is facile posit eas internoscere. Quis non Melpomenen agnoscat persona tragic et clava: Thaliam persona comica et pedo: Euterpen tibia: Terpsichoren cithara: Erato psalterio: Polyhymniam manu ad os admota: Uranien sphaera coelesti? Reliquas duas, Clio et Calliopen, paullo difficultius est internoscere, quum neutra ullum aliud insigne habeat, quam librum, quem utraque manu praefert. Sed quum auctores in adsignando cuique Musae symbolo varient, incertumque relinquunt id, quo quaeque Musa agnosci debet: visum pictori *αρφαλείχ* intuentium consulere volenti, nomina Musarum omnium picturis addere, praeterquam Uraniae. Quod igitur antea semper difficillimum fuit, ut Musae, siro quaeque insigni, agnoscerentur, id in posterum facilius foret, si sumere possemus, pictorem Herculaneensem ab omni errore immunem fuisse. Sed sumi hoc vix potest, ut Montfaucon docet A. E. I. 3. 5. ostenditque, quanta sit discrepantia multorum doctorum, qui de Musis exposuere, Cuperi et Schotti in Apotheosi Homer, Haverkampii in explicatione numismatum Antonii Musae, Gronovii in Thes. T. I. tab. C. T. II. tab. 21. Sponii denique in Miscell. E. A. Sect. II. art. 9.

Clio igitur vix a Melpomene discerneres, nisi volumini, quod sinistra tenet, addita essent haec verba: ΚΛΕΙΩ ΙCTO-PIAN, nempe Κλείω vel Ικτοπιαν. Ei volumini affixum est pittacium h. e. tabella vel schedula, quam doctissimi interpretes intersuisse putant vel argumento libri, auctorisque nomini indicando, vel etiam voluminibus tanquam vinculo quodam constringendis. Descriptioni Clivis additae sunt observationes, non ingratae futurae iis, qui cognoscere volent numerum Musarum, diversaque de hoc numero auctorum sententias, nomina porro Musarum et cognomina, natales exrum et genus, sacra denique iis facta, et inventa, et munera, et vestitum et mundum. Etsi Deao severiores, laudemque castitatis appetentes, fere simplices solent esse munditiis, ut Minerva, ut Diana, ut fortasse aliae: pictor tamen hoc loco, et Clio, et aliis nonnullis Musis, cultum tribuit exquiritio-

F 3 rei,

rem, fimbriatas vestes, maures, armillasque, Musis, inquam, quarum castitas et perpetua virginitas a plerisque celebratur. Dixeris ergo, Musas similes plerarumque pueriarum et fuisse et non fuisse: fuisse, quod φιλόκοσμοι essent, non fuisse, quod non tam aliis, quam sibi, libenter ornarentur. Non silentio tamen praetereundum, quod et docti interpres picturarum Herculaneum monent, dubium esse controversumque, quod de perpetua Musarum virginitate multi tradiderint. Eam quidem diserte novem illis sororibus tribuit Diodor, Sic. IV, 7. Lucianus vero Dial. Deor, XIX. earum castitatem ipsius Cupidinis testimonio adiuvat. Accedit incerti auctoris epigramma in Anthol. I, 7, ubi minanti Veneri, se Cupidinem adversus Musas armaturam, nostra virtus, illae respondent, ab armis intidiisque Cupidinis satis tuta est. Fuit, qui, festivam perpetuae huius virginitatis rationem redditurus, diceret, doctas illas virgines semper fuisse tam pauperulas, ut nemo inveniretur, qui eas indotatas vellet ducere. Interim vix ulla in novenario eorum numero reperitur, e qua non aliquis furtivis amoribus conceptus legitur. Wesselingius ad Diodor. IV, 7. Sic Clus et Magne in filii seruntur talesmus et Hymenaeus: sic Melpomenes et Acheloi Sirenes filiae: sic Calliope et Oceana Orpheus filius: sic aliarum alii, quos Euthalius in Homer. p. 830. et Fuetzes ad Heliodi Op. et D. p. 7. recensent. Quas duas sententias specie pugnantes esse, tibique contrarias, non re, facile ostendemus. Qui Musas αὐταχθόνες dicunt, aut παρθένες αὐταχθόνες, non fortasse ignorant, Musis esse suos filios, sed interpretantur eos non proprie dicatos filios, sed allegorice. Quicunque vel canendi peritia, vel carminis pangendi excelleret, Musarum filius dicebatur. Hoc sensu igitur Orpheus Calliope filius, hoc sensu Uraniae filius Linus, et sic porro. Huius igitur explicationis allegoricae remedio, facile novem Musis perpetuae virginitatis decus asperes, et furtivorum amorum dedecus ab iis amovebis,

Clio

Clio sequitur Thalia, quam quia ostendit, ac veluti signo indicat, pedum et persona comica, sicut Melpomene clava et persona tragică: opportune doctissimi explanatores personarum comicarum tragicarumque differentiam tradunt ex Polluce IV, 133. et 149. Quumque Thaliam praeter ceteras fimbriata etiam vestis ornet: de hoc vestium genere iidem docti viri disputant, Ferrariumque sequenti, vestium extremitates diversas a fimbriis faciunt, docentque, extremitates, seu oras, institasque, et limbos, esse quorumlibet vestimentorum, non vero fimbrias, hasque esse in extrema vestimenti parte fila quadam, floccosque dependentes, quae Italica frangie dicuntur: graecis fimbrias esse *βυάσις* et *ξερός*, vestium vero extremitates *κράσπεδα*. Haec igitur saepe male exponuntur *fimbriae*. In aegide *Θεοτοκος* Minervae apud Homer. IA, E. 738. fimbrias putant fuisse floccos ipsos pellis caprae Amaltheae, et hos floccos, simplicitati et ruditati heroicorum temporum convenientes, diffe posse *fimbriatis* vestibus occasionem.

Ubi ad Terpsichoren ventum est, ostenditur, huic Musae convenire lyricam poesin. Phurnutus c. XIV. post aliquot etymologias satis ineptas, nomine Terpsichore, addit, ita dictam fortassis hanc Musam sunt, quod veteres choros instituerint Düs, et in honorem horum eruditissimi quique carmina composuerint. Inde Herculaneses Interpretes verisimile putant, artificem in hac pictura Terpsichorae tribuisse lyram, non modo ut pulsaret eam, sed etiam ut ad lyram simul cantaret, eamque esse potius citharoedam quam citharistram, potius lyroedam, sit venia verbis, quam lyristram. Ad ultimum adferuntur quadam, quae pertinent ad lyrae citharaeque differentiam, quae aut parva est, aut nulla, aut difficilis explicatu. Illud certum est, lyram pro cithara, citharam pro lyra, saepissime ponit.

Pulcherrima pictura expressa est Musa, quae ab amore nomen habet, Erato. Vestitu est tunica coloris rotei, habente fimbrias caeruleas. Exterior vestis est coloris prasinii. Infra imaginem scripta leguntur verba: ΕΡΑΤΩ. + ΑΛ-ΤΡΙΑΝ.

TRIAN. Tangit simul digitis simul plectro instrumentum musicum, quod inscriptionem intuenti videri possit psalterium novem chordarum, et si instrumentum hic depictum differt a psalterio prisca auctoribus descripto. Praesidet igitur Erato arti psallendi, hoc est, vel chordas psalterii digitis solis impellendi, vel simul cantandi et saltandi. Ex variis, quae ad hanc descriptionem doctissimi interpretes observant, praecipue dignae sunt, in quas mens et cogitatio convertatur, literae minusculae in inscriptione s et ω, item + pro Υ. Montefalconius in Palaeogr. observat, + pro Υ non nisi in MSCtis Seculi VIII. et IX. esse obvium. Sed huius picturae antiquitas haud dubie est maior. Dignum attentione et hoc, quod addunt, sequentem versum ex Eurip. Antiope v. 77. a Polybio citatum I, 35. Resinae in pariete hoc modo scriptum fuisse inventum:

*ως ἦρο φὸν βελευμα τας πολλὰς χεῖγας νικεῖ.*  
cuius generis versus et sententias solitas scribi observant in publicis etiam operibus, ex Lampridii Alex. Sev. c. 51. Haec multum conferre possunt ad dirimendam de antiquitate literarum minuscularum et accentuum controversiam. Sicut autem huic Musae psallendi artem in hac tabula tribuit pictor, ita eandem illi et Petronius Afranius et Aufonius tribuere videntur. A quibus dissentire videtur nescio quis in Anthologia, qui Erato dicit inventricem hymnorum sacrorum. Nec tamen revera dissentit fortasse, quia hac mente nostram Musam dicit sacrorum hymnorum inventricem, quatenus illi ad psalterium canerentur. Nec Virgilius AE. VII. 39. dissentit, ubi cantatus antiquum Latii statum, Erato invocat. Erato enim ibi ponitur pro quacunque Musa, ut Servius docet. Postea traditur, quae sit potestas vocum Φάλλεν, Φελπός et Φάλσις. Fuit inter doctissimos interpretes, qui coniceret, sonum citharae ideo dici Φελπόν, quia Apollo monochordum, hoc est, simplicissimum et antiquissimum genus citharae, invenerit ex arcu fororis Diana, et huic rei testimonio esse locum Censorini de die natali cap. XXII. Sed finge, monochordum, eo quo dictum

dictum est, modo ab Apolline inventum fuisse: hinc porro huius rei testem Censorinum esse; nos quidem ea mentis acie non sumus, ut videre possumus, qui ea res efficere potuerit, ut sonus citharae diceretur φαλμός. Quid? si Censorinus id ne testatur quidem? Nos non fugit, in eadem causa ad testimonium Censorini confugere Franc. Blanchini de tribus generibus instrumentorum musicae veterum organicae c. II. ab init. p. 25. Sed id non tam Censorinus, quam incertus scriptor videtur testari, cuius fragmentum olim Censorini esse creditum est, et cum Censorino, de die natali, continentे libro impressum, postea autem a Ludov. Carrione ab eo separatum, et correctius auctiusque editum. Huius igitur scriptoris cap. XII. p. 145. haec sunt verba: *Quas (intensiones organi) animadvertisse cum resonantia suavitatis in arcu fororis Apollinem tradunt, et intendisse protinus citharam, tum notasse, quod adstringiora fila nervorum in acumen excitarentur, gravibus responderent remissa: inde fecisse tres primas, gravem, medium, et acutam, seu hypaton, mesen, et neten.* Quae verba si accurate perpendas, ne ei quidem rei testimonio sunt, cui ex opinione auctoris testimonio esse videntur. Quis enim sermo hic de monochordo? Sermo est de intensionibus organi, quae initio tres, postea plures fuerunt. Tres illas primas intensiones, nempe hypaton, mesen, et neten, ait auctor, Apollinem animadvertisse in arcu fororis.

Iam quomodo nostra Erato differet a Terpsichore? Utraque manu tenet instrumentum lyrae citharae simile. Docti interpres do expedienda hac questione multum laborant, nec tamen ita eam expediunt, quin inter se disseriant, remque in dubio relinquant.

Polyhymnia sequitur, quae nec instrumento nec aliare ulla valde insignis est. Praesertim tantum gestum, indicem dextræ ori admoventis. Qui gestus est signum silentii. Itaque pictor voluisse videtur Musam exprimere, quae sensa animi, sine voce, solo gestu aperiat. Infra Musam scrippta sunt verba: ΤΙΟΑΤΜΝΙΑ ΜΤΘΟΤΣ, quae verba et nomen Musae docent, et artem, quam illa profitetur. Si ge-

stum

## 50 NOVA ACTA ERUDITORUM

stum species, quo Musa depicta est, simulque mentem convertas ad verba, quae artem eius exprimunt, verisimile repries, Polyhymniam esse artis pantomimicae praesidem. Quoniam haec Musa cuncta gestu exprimit, cuncta quasi tacendo dicit, videtur doctis interpretibus cum Haverkam-pio esse eadem, quae a Numa Tacita dicitur, apud Plut. in Numa p. 65. Sed viderint, quomodo se defendant adver-sus eos, qui Tacitam illam Numiae Numen Romanorum proprium, neque aliud, quam Mutam, putant, quam et Laram, et Larundam, nonnulli etiam Maniam, dictam vol-lunt. Ipse Plutarchus l. c. Tacitam etiam Mutam dixisse videtur. Unam, inquit, Camenarum praecipue colendam praecepit Romanis, Τακίταν προσαγαγέντας, οὐν σιωπηλὴν η̄ νέαν. Vix enim dubitem, ultimam vocem esse corruptam, et pro ea substituendam εἰσάν, i. e. Mutam. Quod ad notationem nominis *Polyhymnia*, ut latine fere exprimitur, seu Πολύμυνη vel Πολύμνη, ut plerumque graece: docti interpretes se-quuntur Plutarchum, Lucianum. Fulgentium, addo Scholia-sten Horati Cruquianum, qui Πολύμνην esse μυῆμην seu μυεῖαν τολλῶν volunt. Taciturnitatem autem Musae memoriae praesidi convenire putant, rati, non alio consilio a Pythagoraeis observatam ἐχεμνθίαν fuisse, quam ut memoriae consuleretur. Fueritne tale consilium Pythagorae, aliquot annorum silentium discipulis praecipienti, incertum puta-mus, hoc interim largientes, remotis sensuum perceptioni-bus, silentio et tranquillitate non modo phantasiam et atten-tionem ali posse, sed et memoriam, et, si omnibus peraeque silendum fuit, qui quidem essent ex eorum classe, quibus ἐχεμνθία pracepta esset, hoc ipso silentio multis sensuum perceptiones sublatas fuisse, quae interturbare cogitantes potuissent. Restat, ut indicemus, cur ex mente doctissimo-rum interpretum Musa chironomiae praeses a memoria no-men acceperit, et cur eidem tribuantur μύθοι. Scilicet Chi-ronomi et pantomimi est, omnem antiquam historiam nosse, et Lucianus non vult a saltatore seu pantomimo quicquam eorum ignorari, quae vel ab Homero, vel Hesiodo scripta sunt:

funt: et Plutarchus diserte Polyhymniae tribuit historiam: neque historia vero, neque quae Homerus Hesiodusque cœcina, nisi memoria adiuvante, disci possunt. Et quia pantomini antiquas fabulas exprimere gesticulando solebant, et teste Cypriano ep. 103, verba manibus expedire, ut defalarentur fabulosae antiquitatis libidines, recte pictor Polyhymniae μύθος tribuit.

Veniamus ad obscuriorēm pīcturām, cuiusque interpretatio paullo difficultior est. Talem exhibet Tabula X. tres figuras oculis obiciens, duas Numinum quorundam, tertiam mulieris mortalis. Divinitatem duorum prodit nimbus radiatus. Mulieris caput non nimbus radiatus, sed corona seu oleagina, seu laurea, exornat. Ex rupe propinqua senex ita prospectat, ut videatur omnem corporum mulierium, fere ex toto nudorum, venustatem oculis pererrare. Manus pedum tenet, caput corona querna cingitur, ut opinio intuentibus iniiciatur, Numen esse aliquod silvestre. Non inutile erit interpretari pīcturām volentibus animadvertere, facies omnium trium figurarum similitudinem quamdam inter se habere, medium tamen potius viri quam mulieris videri.

Nimbus radiatus, qui duorum Numinum caput ambit, doctissimis interpretibus occasionem suppeditat, aliqua de nimbo, seu luce, quae Deorum capita ambit, adferendi, simulque Scaligeri, aliorumque, qui Scaligerum sequuntur, sententiam improbat, existimantium, statuarum capitibus apud veteres lunulas addi solitas fuisse, ne avium sternore inquinarentur: Christianos hoc postea aliorum traxisse, et honoris causa id factum existimasse, moremque inde ortum esse, sanctorum virorum imagines pingendi cum lunulis vel orbibus caput ambientibus, ad indicandam coelestem eorum excellentiam. Hoc posterius iam Kusterus ad Aristoph. Av. 1114. in dubium revocavit, quia iam apud veteres graecos simulacra Deorum Dearumque circulo radiato honoris causa ornari solerent. Lucian. de Dea Syria c. 32. p. 478. et in Timone c. 51. p. 165. Qui de nimbis exponunt, varie pec-

## 52 NOVA ACTA ERUDITORUM

care videntur: primo illi, qui, a quarto demum seculo, imaginum capitibus radiatos orbiculos impositos scribunt, quos et pictura Herculaneensis, et Plin. Paneg. LII. et Lucianus, aliquique, ut taceam nummos veteres, resellunt: secundo illi, qui nimbum olim meretricum tegumentum fuisse, post autem additum sanctis spiritibus, angelis, divisque beatis autumant, qui nimbum caput ambientem cum nimbo in fronte feminarum, h. e. cum fascia illa, qua frontis magnitudo imminuebatur, confundunt, quae tamen fascia et ipsa non modo meretricum erat, sed et omnium formae studiosarum: tertio, qui nimbos, coronasque radiatas, et orbiculos illos, qui interdum capita imaginum tegunt, non satis distinguunt. Orbiculi illi sine radiis videntur esse illi ipsi, quos Aristophanes Av. 1114. *μῆνες* et *μηνίκες* vocat. Hi sunt illi orbiculi, quos Scaliger ad Catal. p. 211. scribit imaginibus statisque additos, ne desuper ab avibus conspurcarentur, adductus auctoritate Scholiae Aristophanis, immo Aristophanis ipsis. Scaligerum sequuntur plures, Grotius, Spanheimius, Figelius, et ipse T. Hemsterhusius ad Luciani Timonem c. 51, qui non ideo tantum additos contendit, ne ab avibus conspurcarentur, verum etiam honoris divinitatisque significandae causa. Videndum, an hoc quicquid est controversiae componi possit, si dicatur, orbiculos illos, tabulasque seu circulares seu semicirculares, eo solo confilio adiectas statuis, ne maculas traherent, sed nimbos radiosque honoris causa. Iam si pictores fuere, ut fuere, qui imaginibus *μηνίκες*, seu orbiculatas tabellas sine radiis, imponerent, quibus ab avibus pluviisque nil periculi esset, videtur Scaligeri sententia non improbanda, qua pictores imperitiae insimulatur. Si porro verisimile est, Romanos monetarios statuarum, vel recens dedicatarum, vel refectarum, memoriam in pecunia etiam apud posteros conservare voluisse, ut ostendit le Beau dans l' histoire de l' Academie royale des inscriptions et belles lettres T. XXI. p. 333: apparet ratio, cur etiam in numismatibus bene multis conspiciantur illi orbiculi sine radiis, capitibus imaginum circumpositi.

positi. Ceterum magnopere in explicanda hac pictura interpres fluctuant. Aliis huius conspectus figurae in mentem revocavit iudicium Paridis, aliis Tiresiam, aliis Actaeonem, qui lavanti Dianaee supervenit, aliis tres Gratias, aliis Solem, Dianam, Auroram cum patre Hyperione, vel cum Pane Deo naturae. Nonnulli tres Gorgonas videre sibi vi si sunt, sorores excellenti pulchritudine insignes, quarum duae immortales et senectutis expertes feruntur, tertia mortal is. Hi, Gorgones duae, inquiunt, cum capite radiato sunt Stheno et Euryale, utraque immortalis: tertia Medusa, cuius caput radii non ambunt, quippe quae est mortalis. Senex propinqua e rupe prospectans est Atlas, visa Medusa in montem conversus, quippe quem pictor ita expressit, ut dimidia ex parte homo, dimidia mons esse videatur. Quae haud procul Gorgonibus apparent arbores, horti Hesperidum erunt. Sed potior explicatio visa est iplis interpretibus, quae picturam refert ad Dianam, Callisto, et Iovem, quem alii in Dianam, alii in Apollinem conversum scribunt, quum frui Callisto pulchritudine vellet: vel ad Dianam, Callisto, et Apollinem, quia sunt qui ab Apollo ne compressam Callisto tradant. Ex horum fententia alterum Numen Diana, alterum vel Iupiter erit, Dianam mentionis, vel Apollo: nympha denique Callisto, cui oleagina vel etiam laurea corona conveniet, quia oliva non modo pacis et victoriae symbolum est, sed etiam castitatis: laurus autem Veneri contraria esse creditur.

Aequo incertum est, quid Tabula XI. oculis obiciat. Pictoris manus expressit tres mulieres, quarum esse principes videtur, quae sedet superiorem corporis partem nuda, inferius velata ueste alba, cum pallio coloris violacei, cui dextrum brachium ad manum usque involutum est, qua capillos tenet, quasi eos compostura, sinistro brachio innidente vase, quod color indicat ex metallo esse. Ex auribus dependent inaures, armillae aureae ornant carpum, sandalia pedes. Reliquarum duarum altera sedens habet uestem violaceam, cum palla caerulea, quae omne corpus, praeter-

terquam sinistram manum, operit: caput velat albus pannus, pedem calceus. Altera stat vestem caeruleam cum manica induita, quae sinistrum totum brachium tegit. Dimidia fere dextri brachii pars est nuda. Vestis exterior coloris est subrubentis. Tegumenta capitis sunt vela flava, in medio capite nodo non indecora constricta. Ornant et ipsam in aures.

Si sumferis, mulierem feminudam esse Venerem, non sine veri specie dicere poteris, reliquas duas esse Iunonem et Minervam, in porticu quadam inter se colloquentes. Cui explicationi aliquid verisimilitudinis adfert locus Apollonii Rhodii III, 7 - 112. quem locum credas pictoris animo obversatum fuisse, quum huic tabulae pingendae manum admoveret. Ibi quum Iason ad petendum aureum vellus in Colchidem navigasset, videreturque tantas difficultates adiaturus, ut periculum esset, ne ausis suis excideret: is Iunonis Venerisque auxilio non parum sublevatus fuit. Hae enim Deae de Iasonem sollicitae Venerem adeunt, eamque rogant, Cupidini ediceret, ut Medeam telis peteret, eamque amore Iasonis fauciam redderet. Sic enim certum habebant, incepta eius prospera futura. Duo potissimum expressa sunt, narrationi poetae consentanea, primo amoenissima porticus, deinde Venus manibus circumligans comas. Nam in porticu colloquium trium Dearum fuisse habitum Apollonius v. 39. ait, Veneremque comis pectine digerendis intentam fuisse, sed intrantibus Deabus destitisse incepito, et capillos manibus circumligasse v. 45. sq. Si insigne aliquod additum a pictore esset, quo Minerva, quo funo, quo Venus agnosciri posset, dicerem huic explicationi parum ad certitudinem deesse. Sed ut talia insignia non adsint, Venerem tamen nuditate, studio se ornandi, et vase unguentario, cui innitur: Iunonem gravitate vultus: Palladem habitu modesto, vultuque virginaliter verecundo, fere agnoscas. Venus consideret in fede humiliore: hospitum sedes excellior, instructaque scabello suppede, cui similia apud Homerum Ia. IX, 199. Od. I, 136. invenias. Iuno quum

ver-

verba faciat, recte a pictore stans expressa est. Forte etiam ideo sedentis habitu est Pallas, Iuno stantis, quia pictor significare voluit, quod apud Apollonium est v. 111, nempe Junonem finito colloquio primam surrexisse, postea Palladem. Haec sunt fere, quibus lucis aliquid per picturam obscuram ambiguamque fundant doctissimi interpretes.

Tabula XII. haud dubie ante oculos ponitur educatio Bacchi. Apparent in eis tres Nymphae, Bacchi fortasse nutrices, duae adstantes arbori, tertia fronde coronata, et laevum latus pelle tecta parvulo Baccho racemum porrigit, versus quem ille utramque manum porrigit, et ut prehendere possit, ab educatore suo Sileno in altum tollitur. Prope Silenium asinus iacet dormiens, isque coronatus, cui sella dossuaria imposita est, non assimilis clitellis illis, quas nostro tempore usus recepit. Pedes habent cum fistulis, ut plantae oculis pateant, quae videntur soleis ferreis munitae esse. Harum enim usum fuisse antiquissimum facile quidem largimur doctis interpretibus; sed eas tamen ab illis, quibus hodie utimur, diversas fuisse, putamus prope demonstratum contra If. Vossium a Gesnero in lexico rusticico h. v. Illud certum, soleas illas fuisse velut calceamenta quedam, quae, prout via vel scruposa et aspera erat, vel mollis, ita vel induerentur iumentis, vel exuerentur: fuisse autem soleas illas clavis suppactas, et affixas ipsis ungulis, hoc incertum. Sed ad picturam redeo. Ex alia parte panthera lambit cymbalum, cuius oram ambient orbiculi quidam, seu tintinnabula. Mercurius porro seminudus et forma juvenili sedet, seu in dolio, seu in seria: sinistra lyrae chordas tangit, dextra plectrum tenet: in capite habet petasum alatum, in pedibus talaria seu alata calceamenta, quibus manum admovet Satyrus, quasi laxaturus. Is renidens Bacchum digito monstrat. Post Mercurium surgit columna.

Praecipuae observationes, quae ad hanc descriptionem adferuntur, pertinent ad clitellas et ephippia, item ad vasina vinaria veterum. De antiquitate eorum, qui consultantur, digni sunt Iac. Godofredus ad C. Th. et Montefalconius, et Liphius

## 56 NOVA ACTA ERUDITORUM

Lipsius de Militia. Quibus addimus Hermannum Hugo-nem de Milit. Eqv. I, 4. Ephippium, apud vetustissimos auctores, est operimentum equorum ex pannis, corio, pel-libus, ut docet Fabretti de Col. Trai. c. 1, quae impone-rentur dorso equorum, ut iis eques commodius insideret. Qui ephippia nostris similia ad Neronis tempora, immo Ne-ronem multo antiquiora, referunt, his nec Dio LXIII, 13. nec Xenophon περὶ ἵππων, favet: interim ea esse Theodosio Ma-gno ipsoque Traiano antiquiora, praefens pictura argueret e-videtur. Cernere est in ea sellam hodiernis sellis ex toto similem, nisi quod in ea nec antikenam, nec postikenam, nec cingulam animadveritas. Fuere inter doctos interpre-tes, quibus videretur haec sella esse ex genere astrabarum, quibus uterentur et mulieres et fenes, et quicunque com-modius et mollius federe vellent. Idem observant, non temere prope asinum depictam esse petram. Nam qui saltu equos asinosque inscendere non poterant, adhibere solebant suppedanea saxa, quorum loco nunc sunt stapiae, v. Herm. Hugo de Milit. Eqv. I, 4. De industria additus est a piëto-re Mercurius, utpote cuius opera usus est Iupiter in edu-cando Baccho, teste Apollodoro III, 4. 3. Is quum dolio insidieat, nascitur occasio, quaedam de veterum vasis vinariis, deque materia eorum, et forma, ex Montefalconio, aliisque adferendi. Quaedam veterum vasa vinaria similia fuisse ho-diernis, nempe lignea, circulisque cincta, patet ex Plin. XIV, 21. Strabo V, pag. 334. refert, Galliae Cisalpinæ incolis fulle πόδες ξυλίνες μεγάλες οὐκέτι. Quae verba vulgo exponun-tur per *dolia ex ligno aedibus maiora*. Malleimus cum doctis interpretibus exponi: *dolia ex ligno maiora, quam ut in cellas vinarias transferri posint.* Apuleius Met. IX. p. 219. men-tionem doliorum facit ita magnorum, ut in ea descendere-tur, tessaceorum tamen eorundem, et ita levium, ut unus homo tale dolium collo suo portare posset. Quae narratio a G. nero petulans merito dicitur. Cur tandem columna addita sit in haec pictura, incertum est. Forte, ut alias, sic etiam hic est columna symbolum divinitatis. Tiduc certum vide-

videtur, non posse illas columnas, quas Bacchus vicit Indis constituisse fertur, respici in pictara, quae Bacchum puerum et educandum exhibet, nisi ut prolepses poetarum et historicorum admittimus, sic etiam pictorum admirramus.

Tabula XIV. et XV. exhibent Ariadne a Theseo in insula Naxo desertam. Ariadne hic facit capillo incomito, turbiloque e somno. Colum ornat monile: orbiculi aurei ambient brachia, et ima crura prope talos, quales orbiculi vocantur *perifeciles*, et per ironiam muliebres compedes, qui saepe confundi soleant cum virilis pedum, ut observat Rubenius de re vestiarioribz 16. Virgo perifeciles definitur *ornamenta crurum*. Sed haec pictura ostendit accuratius, locum illis fuisse prope talum, nisi dicas, eas hic per formam loco suo fuisse motas, et v. c. ex medio crure ad talos usque demissas. Ariadne porco in hac pictura in latere recessu stortientem e lecto, qui qd in hore marii sic abrupe, id quod exprimit etiam Ovidius Her. X. 25. Rete sit et nodat diuidium corpus, amovenda ibeo calcita eam lida. Ipso vultu prae se fert stuporem et dolorem, sicut eam Clauilles describit de Nuptiis Pel. et Thet. Theseum exprimit aliquis intentus regendae navi, in qua praeter vela multosque ruente occurruunt aplustre, et catastroma in puppi, et attenione in primis digna duo gubernacula.

U. poris varia leguntur de lectis veterum, de differencia culicatae et tori, de *χαλκίαις*, de anaclyteris lectorum, pulvilliisque et cervicalibus, luxurio veterum in his. Repudiant doctissimi explanatores emendationem Casauboni ad Atheneum VI, p. 215. pro *χαλκάς* legentis *χαλκας*. Sed velleni, difficultatem sustinissent, quae est in lectione vulgaris, docuisse atque, quis tapetum usus esse possit ad vitandum illud incommodum, quod veiles stragulae intemperate in faciem cadente, parant. Praeterea studiori antiquitatis reperient quaedam de operoriis in lecto cubantium et vestibus stragulis, de sindone, de modio navis, qui in hac pictura conspicuus est, de aplustri, de catastromate, et denique de duobus unius navis gubernaculis, de quibus Schef-  
ferus.

§8 NOVA ACTA ERUDITORUM

ferus. Cui addimus Graevium ad Hes. "Eg. 45. et Perizonium ad Aelian. V. II. IX, 40. Fit eorum mentio A. Et. XXVII, 14.

Ctiam in tabula XV, Ariadne surgit e lecto feminuda, armillis autem ornata magnae latitudinis, item in auribus et monili ex margaritis grandibus. Adstat ei Cupido alatus, manantes lacrimas dextra extergens, sinistra habens iacula, et arcum, sed arcum nervo carentem. Post Ariadnen conspicitur mulier alata, cuius caput velamento quodam tegitur, quae sinistram Ariadnes humero imponit, dextra autem navem monstrat, quae remis velisque nittitur in altum. In litore gubernaculum iacet, quod fortasse a Theseo fugam praecepitante per obliionem relictum est. Difficile dictu est, quenam mulier illa alata sit, quae post Ariadnen flans tendit versus navem digitum. Sententiae Doctorum Herculanensium super ea variantur. Aliis ea Diana, aliis Minerva, aliis Victoria, aliis Venus, aliis Cura, aliis Nemesis videtur. Qui esse Minervam volunt, suae opinioni Proclus in Chrestomathia favere putant, qui, Minervam et Liberum Theseo in insula Dia apparuisse, tradit. Sed haec explicatio minus pondus habitura esset, si vel Proclus, vel aliis tradidisset, Minervam etiam Ariadnae apparuisse. Quibus, eam esse Diademam, placet, Homerum producunt, qui Od. XI. 320. Ariadne in insula Dia, seu Naxo, detentam a Diana tradit, Bacchi indicio. Sed narratio Homeri nimis brevis, et idcirco obscurior est, ad quam intelligendam interprete opus est. Quod si consulas Pleudodidymum et Eustathium, repieres, ex eorum opinione hoc sibi Homerum voluisse, Ariadnen a Dionysio fuisse accusatam impietatis, quod in ipso Dianaem templo sui copiam fecisset Theseo, et idcirco a Dea fuisse interemptam. Homeri igitur testimonium hanc sententiam nihil adiuvabit. Qui mulierem nihil aliud denotare putant, quam curam et solicitudinem infeliei Ariadae, ad Virgilium Hyginumque et Horatium provocant, quorum hic Curam alatam faciat, illi autem de eadem tanquam Dea loquantur. Restat eorum opinio, quibus

bus mulier illa alata esse Nemesis videtur, Dea illa ultrix facinorum impiorum, praesertim vero infeliciter amantium, cuius simulacrum apud Smyrnaeos fusile alatum observat Pausanias I, 33. Pluribus de hac exponunt Ammian. Marcell. XIV, 11. Broukhuf. ad Tibull. I, 6. l. fin. Haec Dea consolanda Ariadnes causa monstrat digito navem Thesei fuga se subducentis, navisque ferruginea vela. Nec fortasse valde erres, si eam ita veba facientem ad Ariadne facias: *Huc usque omnia ex animi sententia gestit Thesus: Minotaurum occidit: incolumis ex labyrintho evasit.* Nam ultra fortrem suam effertur, iam lascivit rebus tam secundis. Terquam est, ut huic felicitati modum ponam. Ecce tibi atra natis vela! Offundam eius animo mandatorum paternorum oblivionem. Negliget atra vela tollere, et in locum eorum candida salutare. Sic patris iactaram sicut: sic gaudia eius lucis contaminabuntur. Dederat felicet abeniti filio mandata pater, ut, si salvus rediret, navis vela candida haberet, fin minus, atra, Quae mandata quum per oblivionem Theseus neglexisset, Aegeus, conspectis avis velis ratus filium perire, se praecepit in mare, id quod et Catullus et Plutarchus in Theseo testantur.

Quam explicationem ut prae ceteris probe, complura te adducere poterunt, vela navis, nigro et ferrugineo colore depicta, alae, quae nulleri affixa sunt, vultus illius gestusque minax, quod stat Ariadnae post tergum, quod demique galeata esse videtur. Nam Nemesis dicitur et Οὐρα, ut est apud Phurnutum c. 13. αἰτιοῦ τοῦ λαζαρίου θεός, quod fallat nos a tergo stans. Et hanc ipsam ob causam videtur in eam etiam galea convenire, cuius fortasse eadem vis, quae galeae Plutonis, ut illam gestans Dea, quo sunque velit, videat, ipsa conspicua nemini. Haec Nemesis est Dea superbis, vanis ostentatoribus, et improba spe maxima quaeque appetentibus, protervisque hominibus, et in alios iniuriosis, infestissima. Hinc ei cubitum et frorum tribuitur, quibus unumquemque quasi admonet, ne quid immoderatae effrenateque vel dicat, vel faciat. Quam in rem duo elegantisima

tissima epigrammata leguntur in Anthologiae I. I. c. εἰς Ἀριάδνην p. 50. et I. IV. c. εἰς τὴν Ἀριάδνην pag. 474. quae Graevius Lect. Hesiod. c. XIV. ad Ἡγ. v. 694. et illustrat, et emendat. Cupid in hac pictura habet arcum sine nervis, quo indicator, Amoris nullam amplius esse vim. Apud Ovidium Amor. III. 9. 7. evera Cupidinis pharetra, eiusdem fracti arcus, et extinctae faces, hoc idem significant. Quum tres Cupidores a veteribus commemoretur, Εὐερέας, Αρτίγωρος, Δυσήρωτος, seu ut apud Servium est Αρτίγωρος, sitque Εὐερέας amorem accendere, Αρτίγωρος amorem mutuum conciliare, Δυσήρωτος autem infelicem et periculi plenum amorem immittere, vel ut Heinlius lect. Theocr. c. IV. explicat, ad amorem libidinemque nimiam concitare: quaeri potest, qualis hic sit Cupido? Quae quaestio ut facilius expediti potest, facit Pausanias I. 30, qui Αρτίγωρα δαιμόνα vocat Timagorae, contemni amatoris, αλαζονος, h. e. crudellem ultorem.

Tabula XVI. eadem Ariadne subiicitur oculis cum duplicibus armillis, cum torque aureo, sub tentorio ad radices arboris placide dormiens. Ea caput vitta alba velatum inclinat cervicali candido; dextrum vero eius brachium proternum in capite recumbit, sinistro leniter in lectum labente. Nondum expperita est somno, culus opportunitate usus Theseus eam deseruit. Offendit dormientem et praeter opinionem inventus Bacchus formosus, coronatus pampinis et uvis. Dorsum operit ruber longusque pannus. Crura cothurni ambiunt. Baccho s. comitem dat educator Silenus, manu tenens longum thyrsum. Apparet etiam multitudo bacchantium, partim duplices tibias, partim cistas mysticas habentium, satisque longo intervallo ab Ariadne distinxatarum. Ariadnae Satyrus aditit operimenta dextra amovens, quibus nuditas eius velata fuerat. Silenus velut admirandus legit oculis venustates pulchri corporis. Ipse Bacchus velut alienata mente vultum figit in formoso corpore, quod ei sinistra monstrat puerulus alatus, dextra eidem admota, quasi, ut propius accedat, admonens. In quibus

quibus omnibus, sicut, quantum ars possit, pictoris manus ostendit, ita pari artificio expressus est Faunus, qui post rupem stans tam lucendo speculum pascit oculos, risuque animi laetitiam fatetur. Faunum diximus; sed quum nulla nota sub adspicuum veniat, quae in Faunum potius, quam aliam quaecunque, conveniat; quam porro vix dignoscatur, utrius sit Iexu: fuere ex interpretibus alii, qui hic Glaucon Neptuni et Naidis filium ibi videre viderentur, Ariadnes amatorem in Naxo, Bacchique rivalem, de quo Athen. VII. pag. 297. ali vero, mulierculam esse rati, qui hic nympham Psaluenthae agnoscerebant, Bacchi amicam, qua conciliatrice Bacchus Ariadnes nuptias potitus est, ut est apud Ptolem. Hephaestionem t. V. p. 323. Ceterum, similem huic picturam deserbit Pausan. t. 20. Philostratus Ion. I. 15. Consentanea eidem referunt Hygin. f. 43. Nonnus Dionys. XLVII. 271. Ovidius M. VIII. 176. Catulus de Nupt. Pel. et Thet. Plutarchus in Utop. p. 9.

In tabula XVII. Numen aliquod oculis obliicitur, et iuvencula mulier. Numen seu pilae seu arae incumbit, velaturque veite rubra, eaque longa. Pedes eius ad medianum eius flavis velamentis mentiti sunt. Caput lucidus nimbus cingit, premisi sunt et flavi capilli: taenia seu vitta coeret capillos. Arcus non tensus in dextra est, et pharetra hunc prope pilam iacet. Iuvencula cuius flavi capilli utrique humero infunduntur, viridi fronde coronata est, tenetque sinistra lauri ramum. Habet peplum subtilissimum, quod in dextro brachio quatuor fibulae contingunt. Dimidium brachii dextri, et pars pectoris, sunt nuda. Ecce vicibus cinctella aurea pendula ad petas usque producitur. Pallium gestat coloris aurei, quod in amplum sedile demittitur, cuius insidet, et cui dextra iunctitur. Sedet delectis in terram oculis, vultuque prae se fert modelliam et verecundiam. Vincula coriacea, quae velamenta pedum vinciant, sunt coloris rubri.

Haud facile dixeris, ecquid mens pictoris subiecte oculo spectatoris voluerit. Quaecunque in pictura occurserunt,

runt, ea cuncta aequa in Apollinem ac Dianam convenient, palla aurata, vestis talaris, cothurni, arcus cum pharetra, capilli longi et flavi, taenia, et reliqua. Nec hoc mirum. Similitudo tanta in antiquis monumentis inter Dianam Apollinemque deprehenditur, seu perpetuae iuventutis florem, seu pulchritudinem, seu munia, seu cognomina, seu exercitia, seu formam denique vultumque et habitum corporis species, ut, si alter careat lyra aut alio insigui, altera lunae crescentis imagine, vix distingui possint. Quidam antiquarii explicantes numismata, in quibus mulier nudus cum cithara, incubens pilae, conspicitur, non aliam quam Apollinem forma puellari effictum agnoscunt. Tritanus nempe, Vellantius, et Schoetus. Malto difficultius est certo dicere, quae nam sit muliercula sedens. Itaque fluctuant docti interpres, et nunc de Helena, nunc de Iphigenia, nunc de Polyxena, nunc de Cassandra cogitant. Subscriptores fortasse nonnullos illi habebunt, qui sedentem mulierculam cum capillis fluentibus, coronatam lauro, lauri etiam ramum manus tenentem, volunt esse Cassandrae, discensem, Apolline magistro, divinationem. Ut Servius ad E. II. 247. aliquie docent, Apollo Cassandrae amore exarserat, et haec Deo concubitus sui copiam promiserat ea lege, si sibi ab eo futurorum scientia praestaretur. Hinc ille modestus et verecundus puellae risus, hinc ille amictus, hinc denique illa illecebrofa et minime probanda nuditas humeri, brachii, petoris. Scilicet vafra et insidiosa puella de industria iis vestibus induita erat, quae corporis dotes nec inviderent oculis amatoris, nec obiicerent, ut eo magis incenderet Apollinem, artemque vaticinandi facilius per blandam quandam nec ingratam vim Deo extorqueret, fungendo fallaci concubitus promisso eam oris corporisque speciem, quae et suis votis subservire posset, et Apollinem capere. Qui Numen in hac pictura non Apollinem esse, sed Dianam, putant, hi pharetram non ad Numen, sed ad puellam sedentem referunt, quae, nuptiarum cupida, relinquendum Dianaee consortium sciens, deposita ad imam aram pharetra, supplex a Dea veniam

niam impunitatemque precetur, exemplo puellae a Daphne in transversum aucte apud Theocr. XXVII. 63.

In tabula XVIII, mulier sacrificat Baccho, cuius subfuscum simulacrum alto stylobatae, qui videtur ex marmore rubro esse, insitum. Bacchum prodit caput mitratum, iuvenilis ac prope puellaris facies, cantharus potiorius, et thyrsus. Post Bacchii simulacrum surgit marmor striatum, sed truncum et mutilum ita, ut, cui usui ex mente pictoris serviat, iudicare non possis. Sequitur aedificium, cuius tria ornamenta ex parte tecti surgentia sunt notabilia, quae sunt in staro acroteriorum. Suggrundum praeter solitum, et proprie ultra modum, prominet. Sacra facientis mulieris crinis est simplex, et in unum nodum collectus. Corpus operit pallium candidum, vestisque sub pectore zona constricta.

*De usu Zonae docti interpres monent, consulendum esse Catullum 68. Callimachum epigr. 40. Vossium ad Catullum, aliosque. Quibus addimus V. ill. Iul. Carolum Schlaegerum in diss. de Diana λυρίζων, et Io. Schraderum ad Musaei v. 272. c. 20. p. 340. quo nemo luculentius hoc argumentum persequutus est.*

Tabula XIX, certamen Marsyae et Apollinis eximie depictum exhibet, vel potius huius certaminis eventum. In eleganti sella Apollo, victor coronatus, insidet pulvillo, in cuius capitibus sunt filiae et quasi in fila divisae appendices. Dextra plectrum, sinistra citharam tenet. Lateri eius haeret Musa, coronata et ipsa, et vestem aeu pietam induita. Manibus tenet fertum e frondibus contextum, quasi citharam vietricem coronatum. Genibus Apollinis accedit superplex Olympus, ut precibus poenam ab infelici suo praecettore amolatur. Adit at tortor, manu cultrum tenens, Marsyae cutem, si crudelem hanc sententiam pronunciasset vitior, detractus. Duæ tibiae, quarum in ima parte sunt paxilli illi, quibus immisiles foramina obturari solebant, fascia quadam instructae, saxe cuidam incumbentes humi iacent, quasi contemtui essent, aut esse deberent. Denique senex cum capillo circa caput negligenter reiecto, vultuque tristitiam

Giam prodens est Marsyas vinctus, vestem exutus, religatusque ad arborem, manibus post tergum revinctis, ut mox deglubatur, et pelle nudatus misere pereat.

Antiquitatis cognoscendae cupiditatem explabunt additae observationes, quibus docetur, quibus parentibus natus fuerit Marsyas, quinam certaminis iudices sedent, Satyrsne dicendus Marsyas sit, an Silenus, qua in re et auctores variant, et gemmae; porro, quomodo Apollo victor discesserit, et an iudices eius ab omni iniquitatis suspicione immunes fuerint. Nec pratermittuntur, quae scire iuvet de vestibus acu piëtis, seu opere barbarico, de Phrygionibus, seu barbaricariis: de loco certaminis, Celaenisne in Phrygia, an Nisa, de more instrumenta musica viatorum coronandi frondibus, qui duobus Statii locis Theb. VI, 366. Sylv. VIII, 34. lucem adfert. Ceterum pictor Mufam suam phrygio habitu induit, ut indicaret, se iis accedere, qui locum certaminis Celaenam putant. Quod ad tertorem carnificemque attinet, hunc plurimi ab Apolline distingunt, et nunc barbarum vocant, nunc Scytham, e. g. Martia!. X, 62. sed alii Apollinem ipsum carnificis munia obeuntem faciunt. Ministri publici graece dieuntur τοξεῖται, στρυμόναι, σκύθαι, βάγηβοι. Qua occasione defendetur Hyginus contra Salmasium, qui omnes alias praeter Hyginum docere ait, ab ipso Apolline Marsyam excoriatum, Hyginum autem Scythae munus excoriandi Marsyam imposuisse, ex male intellecto vocabulo αποστυχεῖται. Quem et interpretes Hygini, et nostra pictura refellunt.

Tabulae XX-XXIX. pertinent fere ad choros bacchanium, ad sacrificia, ad pompas, et mysteria bacchica. Bacchicas ceremonias repræsentari, multa indicio sunt, thyrsus, tibiae, cithara, tympana, cymbala, hedera, patera, arca, vas potiorum, catillus sicibus plenus, corona et pampinea, et myrtle, et ex frondibus contexta, daduchiae, tigris, serpentis, saltationes etc.

Tabulam XXV. verisimile putant docti interpretes ad sacra Cabirorum pertinere: simulque mouent, ad explicandas

das huius generis tabulas multum conferre eos posse, qui de ritu Bacchanalium, de mysteriis Cereris et Bacchi, de Dionysiis exposuerint, tanquam Demsterum ad Rosinum, Castellatum de Festis Graec., Nicolai de ritu Bacchanalium, Eggelingium de Mysteriis Cereris et Bacchi. Quibus addimus Marmorata Taurinensis P. I. pag. 29 - 118. et Christian. Gottlieb. Schwarzium in Miscell. politioris humanitatis c. III. et IV, quorum illud est de gemina antiqua sacrificium Bacchi, hoc vero de antiquo marmore pompam Bacchanalium referente. Thyrsus quidem non semper in his occurrit: sed multa superfluent monumenta, in quibus nec ipse Bacchus, nec Bacchi comites thyrsus gerunt. Euripides memorat *Bacchus aethyges*.

Tabula XX. repraesentari mansionem, seu pausam, coniiciunt interpres Herculaneses, de qua Salmasius ad *Canacallam* c. IX. Pescennium c. VI.

Non praetereunda hoc loco est hypothesis, quam docti interpres examinandam proponunt, quae tam late patet, ut si admitti posset, plurimis veterum monumentis, in quibus ad solemnes Deorum pompas pertinentia propnuntur, pluribusque auctorum locis explicandis, inferviret. Coniectura, seu hypothesis, haec est: *In pompi Deorum, speciatim Bacchi, discurrere promiscue solebant et virgines honestae, et matronae graves, et mulieres inhonestae: sed non omnes promiscue admittebantur ad ministerium, ad sacerdotium, et ad arcana. Iam quum in monumentis ad Bachum spectantibus obviae sint mulieres nunc calceatae, nunc discalceatae, nunc solutis crinibus, nunc in nodum collectis, capite nunc nudo, nunc velato: credibile est, quarum et caput et pedes velamentum aliquod omnime ex parte operiret, fuisse sacerdotes anus, quae haberent caput fasciola cinctum, pedesque non ex toto nudos, sed sandalio duntaxat soleaque munitos, fuisse ministras sacerorum iuniores: si quae denique pompam comitarentur nudis pedibus, quomodo cumque velato capi-*

## 66 NOVA ACTA ERUDITORUM

*capite, aut non velato, has fuisse de profana turba: nisi forte secundum Diodorum IV, 3. statuere malis, mulieres, quae veras Maenadas Bacchusque imitarentur, fuisse crinibus solutis et paefisi, virgines vero matronasque severiores in nodum collectis. Qui comparabunt hanc hypothesin cum locis auctorum veterum, et cum antiquis monumentis, quantum ei sit dandum, facile animadventent.*

Tabula XXIV. videtur summus mysteriorum bacchicorum gradus exprimi, nempe *ιεπηταια*, de qua Meursius, van Dale, et Cabaubonus. Si quis *ιεπηταια* a pictore expressam ideo neget, quia fuerit ritus arcanus, quem nec mysta ullus, nec epopta, vulgare auderet: huic facile occurras et obstes. Primo apud Cretenes talia secreta divulgare licitum: Diodor. V, 77. Deinde hic non exprimitur ipsa *ιεπηταια*, sed *ιεπηταιας* duntaxat symbola. Tertio illi, qui pro religione scripsere, et apologias edidere, multa mysteriorum illorum arcana et symbola patefacere potuerunt, et re-aperte patefecerunt: Tertullianus adv. Valent. c. 1. Theodoretus Th. VII. Arnobius V. Clemens denique Alexandrin. Protrept. p. 14. et Firmicus c. XIX. XX. Addunt Herculanenses interpres, contigisse fortasse hoc loco pictori idem, quod olim Æschylo, ut casu inscius et imprudens nonnulla ad mysteria pertinentia evulgaret. Clem. Alex. Strom. II. Meurs. Eleufin. c. XX. Sed Æschylum huius generis quedam evulgasse, iudicaverunt initiati. Quaerent vero fortasse nonnulli, quinam nunc sint illi initiati, qui hic pictorem talia penicillo expressisse iudicent.

Tabula XXX, praeter alias etiam picturam Aglaïdis exhibere videtur, quam Ælianuſ V. H. I, 26. et Athenaeuſ X, 3. p. 415. non aliter, ac hic artifex pinxit, describunt. Dicunt eam tuba cantasse, comam habuisse apposititiam, et criftam in capite. Haec omnia sunt ab artifice in hac pictura expressa. Addunt, fuisse mulierem voracem, quae duodecim

cim libras carnis, et quatuor choenices panis vorare consuetus, potare autem congium vini. In pictura eo est corporis habitu, ea magnitudine et robore, ut facile credas, et voracitatis tantae et bibacitatis eam fuisse.

In tabula XXXI. quatuor diversae sunt picturae. In earum prima templum videtur expressum, idque vittis ornatum, et septum quoddam in templi atrio. Ibi mulier videatur in eo esse, ut herbas floresque offerat alicui Numini, fortasse Iunoni Lucinae. Iam vero huic Iunonem flores herbaeque a mulieribus gravidis offerri solebant; Ovid. Fast. III, 254. Sunt, qui flores hic pictos esse lilia putent, quibus favet Clemens Alex. Paed. II, 8, ubi Iunonem ait liliis delectari. Videtur porro mulier ista resoluto crine esse. Iam vero gravidarum erat, Iunonem Lucinam resoluto crine precari: Ovid. Fast. I. c. Serv. ad AE. IV, § 18. Ad alterum tabulae latus similis huic mulier exhibetur. Duabus his mulieribus interiecta pictura est, quae ostendit Deam aliquam solutis crinibus, coronatam fronde, vittatam, tenetem cornu copiae sinistra, dextra autem pateram. Hanc Deam esse Concordiam coniiciunt interpretes. Etsi enim Felicitas, Pax, Securitas, Hilaritas, Cybele, Terra, et quicquid abundantiam adfert, fere exprimitur cum notissimo illo cornu Amaltheae symbolo: in Concordiam tamen non modo hoc cornu, sed et reliqua omnia, quae hic cernuntur, convenire videntur, patera, cuius usus in sacris libationibus pacis firmandae causa factis, habitus sedentis, vitta, et corona e frondibus.

Tabula XXXII. figuræ duorum iuvenum habet inter se simillimorum, seu colorem et vestimenta species, seu coronas laureas, seu ramum lauri lemniscatum, quem uterque sinistra tenet. Vix eos discerneret, nisi alter dextra patetram teneret, vel vas pateræ simile, alter autem volumen vel quiddam volumini simile.

Interpretum nonnullorum haec est sententia, ut picturam interpretandam putent de victore certaminum publicorum, seu pugillatus, seu luctae. Freti sunt auctoritatibus potissimum Pausaniae, Servii, Pindari, qui partim coronarum agonialium seu lenniscatarum mentionem faciunt, partim victoribus taenias et phalias tribuunt. Quibus placet, volumen esse id, quod alter manu tenet, dicunt, poetam victorem ab artifice esse exprellum, adduntque, coronam lauream, et ramum lemniscatum ei rei esse argumento. Auson. ep. 20. et Scalig. Lect. Auson. I, 10. Contra hunc Scaligerum ostenditur, non modo in agonibus Capitolinis, sed etiam in ludis Olympicis, locum fuisse taeniae, et palmae, et certamina poetica fuisse in numero ludorum Graeciae. Faber Agon. I, 3. et 26. Ceterum, volumen non modo indicare professionem poetae potest, sed etiam praemium a poeta reportatum: Gell. XVIII, 2. Solebant etiam poetae in victoriae reportatae memoriam volumen aliquod dedicare in aliquo templo: Plutarch. Sympof. V, 2.

Tabula XXXIII. quatuor picturas proponit, duas mulierum, totidemque virorum, haud dubie sacrificantium. Ut sacrificantes putes, adducere te poterunt velata capita, crines soluti, nudi pedes, vestes fimbriatae, coronae ex frondibus, vasa denique sacrificalia, quae manibus tenent omnes.

Tabula XXXIV. duo exhibet, primo hermaphroditum, cuius dextra decenter attollit pallium album, quod ex capite defluens operit hermaphroditum dimidia prope ex parte, ita, ut et muliebre pectus, et pars illa, qua sexus agnoscatur, pateant oculis. Sinistram ornat aliquid, quod frondis hederae, quam Plinius XXIV, 10. ciffon erythranon vocat, speciem prae se fert. Secundo eadem tabula exhibet iuvem amabili et amoena facie, ex toto nudum. Dextra tenet ramum oleae: oleae frondes ambiunt promissos capitulos

los et fluentes. Sinistra discum tenet, quem aliquid replet, quod difficulter discernas. Ex disco pendet mantile seu map-pula. Id, cui pedes insistunt, et si mancum est, esse tamen ornamentum architectonicum dixeris. Capiti insitit colu-mella, quae miro modo terminatur. Tales frondes, vel talia folia, quale hic hermaphroditæ sinistra tenet, passim in-veniuntur apud Augustinum in genibus antiquis, et apud alios. Sunt, qui flabellum putent esse, cuius usus aliquis fuerit in balneis: sunt etiam, qui adspersorium esse velint. Alii id comparant cum hederae, alii cum nymphæ aqua-ticæ folio, quæ herba vim habere creditur Venerem extin-guendi: Plin. XXV, 7. Cum huius generis frondibus her-maphroditæ saepe obseruantur in labris balneorum, seu in so-liis, nempe in lacubus illis depresso, in quos lavandi causa descenditur. Docti interpres tales frondes partim pu-tant vicem præstitisse flabellorum, partim indicare effemi-natam quandam mollitatem. Ut sic putent, dicunt se adduci iis, quæ habet Schol. Aristoph. ad Acharn. 144. et Pausan. Corinth. 13. Nescio tamen, an inde fatis tuto colligi pos-fit, portare manu frondes apud veteres fuisse signum libidi-nosorum, et amoribus lascivis nimio plus servientium. Nam Bentleii coniectura fortasse non est improbanda, in Callima-chi versu, quem Scholastes allegat, pro φιλλοις legentis φλαισ. Aeque incertum est, an ex consuetudine portan-di hederae frondes nata sit significatio parum honesta verbi κιττοφόρων. Qui Baccho eiusque cultui dediti erant, thyr-sum et hederam gestare solebant. Unde κιττοφόρειν est bac-chari, bacchanalia vivere: v. Heusinger ad Plut. de liberor. educ. c. VII. Hoc ieniu Libanius in Φόγῳ Αισχύῃ. p. 108. dicit, Aeschini gratum fuisse, si κιττοφόρος audiret. Quo sensu vetulæ apud Demosthenem περὶ σεφαῖς Aeschinem ap-pellarint ἔπειχον. καὶ περιγέμονα, καὶ κιττοφόρον, facile nunc patet. Rubenii emendatio κιττοφόρος legentis pro κιττοφόρος, Aeschini non congruit, si cistæ sunt κανά. Nam canephori in Bacchanalibus erant feminæ: Valef. ad Maulac. p. 202.

Cete-

Ceterum in balneis utriusque sexui communibus fuisse statuas Hermaphroditorum, Anthol. IV. 12, 42. docet. Et huius ipsius fortasse hermaphroditae fuit statua in quodam balneo. Alteram huius tabulae figuram sunt nonnulli, qui Pelopem putent, ludorum Olympicorum auctorem, in quibus victores solebant olea coronari: plurimis tamen hic exprimi Camillus videbitur, sacrificiorum minister. Quid columella sibi velit, quam caput sustinet, Vitruvio doctore discas, qui VI, 10. de variis rebus verba faciens, quae aedificio venustram decusque concilient, *quemadmodum*, inquit, *mulieres flolatae ex marmore, quin pro columnis in opere flatuuntur, dici solent caryatides, ita, si qua virili figura signa mutulos aut cornas sustinent, telamones vel Atlantes appellantur.*

Simillimas inter se, et praecedentibus duabus omni fere ex parte congruentes picturas tres ante oculos ponit tabula XXXV. Tres istae figurae omnes peraeque nudae et coronatae, et caput fasciolis cinclae, tenent ramum oleaginum, prima quidem manu dextra, reliquae duae sinistra. Dextram primae onerat discus: sinistram reliquarum canistrum, in quo aliquid est, quod, colore fere deleto, discernere non licet. Capita eodem modo terminantur, nisi quod in figurae primae capite duo harpaginetuli cum annulo conspicuntur. Insistunt omnes basibus inter se similibus, quae tamen quid exprimant, vix dixeris.

Duplicem viam in explicandis hisce figuris doctissimi enarratores ingrediuntur: ali Camillos pietos volunt, alii victores ludorum gymnicorum. Qui Camillos volunt, contendunt in disco canistroque vas esse aliquod sacrum, vel alhud quid ad sacrificia pertinens. Cui explicationi auctoritas accedit a nuditate ministrorum, de qua Saubertus, et Stuckius, et Begerus Th. Brand. p. 143. Possunt etiam in canistro esse partes victimae farina conspersae, Diisque offerendae. Constat enim, apud Graecos Romanosque alias victimae

Etimae partes Diis oblatae, alias sacerdotibus, ministrisque facris, tanquam parasitis, cerycibus, victimariis, fuisse distributas, Athen. VI, 8. Aristoph. Plut. 1186. aliquas reliquias porro domum missas, alias amicis, Theocr. V. 139. Dionys. Hal. A. R. VII. Ad sacra porro peragenda legi solebant iuvenes formosi, Apollon. Rhod. I, 406. Qui dicunt, hic pictos esse ludorum gymnicorum victores, his convenire dicunt oleam et taeniam, denique id, quod manu tenent, esse praemium victoriae. Praemia enim non tantum corona, sed et paterae, aliaque aurea vasa, vestes, pecunia, Patchal. de Coron. V, 7, et 14. VI, 5. De harpignetulis, h. e. instrumentis in summitate aduncis, quibus capi aliquid rapique potest, dicta quaedam sunt ad Tab. XXXIX. n. 12. voluminis primi. Quod ad telamones attinet, alii putant, hoc non nisi arbitrio pictoris deberi, quod telamones isti terminentur aliqua ancora: alii vero quatuor istas statuas fuisse in triclinio, vel portico quadam dispositas, annulos autem istos inservuisse transmittendis fumibus et sustinendis velis, aulaeisque, quibus et porticus et triclinia exornarentur et operirentur, Plin. XIII, 9.

Tabula XXXVI. exhibet columnam, vel potius partem columnae, ex marmore viridi, cui tabula quaedam imposta est, in qua stat caper colore aureo. Surgunt eodem loco duae aliae columnae, sed subtiliores. Parvo intervallo apparet columna striata, et inferius portae alicuius arcus. Ex latere opposito est alia columna, variis frondibus ornata, dein alia pars columnae striatae. Ex alto pendet scutum cum encarpo, hoc est, ornamento, quod florum frondiumque implexus contextusque efficit, taeniis, seu fasciis dependentibus. In medio cernitur muliercula, coronata hedera, capillis in humeros fluentibus. Sinistra tenere pulvinulum videtur, in quo cistula, cui mulier dextram imponit. Sub pedibus eiusdem mulieris est spatium quadrilaterum oblongum, in quo duo sunt galli, ramus palmae, et vasculum.

Simu-

Simulacrum capri nonnullis opinionem attulit, in hac pictura repraesentari aliquod templum Bacchi, cui caper gratissima victima. Scuta in fastigiis vel frontibus sacrarum aedium fuisse posita, docet Pausanias V, 10. et 12. Docent et alii. Mos etiam antiquus, suspendere scuta subactorum hostium in templis, Pausan. X, 11. item scuta, in quibus imago devicti hostis, Liv. XXV, 24. Denique scuta, in quibus maiorum imagines, et personarum illustrium, Plin. XXXV, 2. Mulier hedera coronata fortasse in eo est, ut sacra Baccho faciat. Pulvinulum vero illum non male dixeris pulvinar sacram, quale in lemnis circa altaria Deorum, velut epulandi causa, sterni solebat, in quo imago vel statua Numinis collocaretur. Cesaub. ad Suetonii Iul. 76. Duo galli infra mulierem conspicui, seque invicem petentes, quibus palma interiacet, exprimunt fortasse certamen gallorum galinaceorum, seu illud spectaculum, de quo Plin. X, 21. Aelian. V. H. II, 28.

Tabula XXXIX. habet figuram alatam, cuius collum ornat monile gemmatum, manus vero armillae itidem geminis distinctae. Est ex parte pallio albo velata. Pedes foliae muniunt, quas rubra vincula iisdem innectunt. Simbra tenet pateram, dextra vasculum, cuius operculum refert sphingem.

Hanc alatam mulierem alii Heben putant, de qua Homerus, Pausanias, et Strabo, alii Victoriam. Qui hanc pistam exitimant, vas illud, quod in dextra est, pertinere dicunt ad sacras lustrationes et sacrificia, quibus post reportatam victoriam gratus animus declararetur. Addunt ex Feithio A. H. I, 6, veteres manus abluisse cum alias in re sacra, tum post victoriam: Sphingem porro in hac figura videri aliquid mysterium indicare, Sueton. Aug. L. Quin ex hac ipsa Sphinge nonnullis doctissimorum interpretum nata est suspicio, agi hic de victoria viribus ingenii, non viribus corporis, reportata, mulieremque alatam fortasse dicendam esse Vacunam, a Sabinis cultam, eorumque propriam, qui sapientia

tia vincunt. Porphyrio ad Hor. Epist. I, 10, 49. Varro de L. L. IV. Gyrald. Synt. de Diis X. p. 323. Sed haec tamen non satis certa.

Vix vero dubites, mulierem alatam in tabula XL, conspicuam, gestumque ad similitudinem volantis componentem, esse Victoriam. Habet solutos humerisque infusos crines, sed non sine lege, in fronte certe compositos. Vestis eius longa, discinctaque, et candida. Strophium vel fascia pectoralis tumorem mammillarum cohibet. Nudi sunt pedes. Sinistra manus scutum tenet; dextra coronam querceam splendentem auro nativo.

Ut Victoria esse videatur, faciunt alas, volatus, Strophium, vestis alba, scutum, corona quercea, cuncta a pictore ei adiuncta. Primo alatam Victoriam exhibent quamplurima antiqua monumenta. Volantem secundo facit Aesonius. Quando et quomodo alas acceperit, tradit Athenaeus. Quis primus alatam pinxerit, docet Schol. Aristoph. Av. 575. Tertio Prudentius adv. Symmachum II. Victoria dicunt viraginem nudo suspensam pede, strophioque revinctam. Quarto vestem album albasque alas illi tribuit Silius Ital. XV, 99. Quinto saepissime victoriam observes altera manu coronam, palmam altera, praeserre, scutumque vel ad latus habere, vel in manu: Beger. Th. Brand. p. 742-751. 807.

In tabula XLI. stylobates, cui incumbit hasta praelonga, sustinet scutum, exhibens effigiem Palladis, gladio victum et prostratum Pallantem obtruncantis. Scutum portat Genius chlamyde amictus. Ante stylobaten est ara flammarum fundens, cui liquorem ex patera inspergit Victoria alata et coronata, et ex parte candido panno cincta, nudum habens brachium dextrum totum, nudam mammillam dextram, nudos denique pedes. Sinistra tenet galeam aurei coloris cum crista rubra. Ex altera parte conspectui se praebet Genius velatus violaceo panno, a cinctu usque ad medium fenum.

K

mur.

mur. Sinistra portare videtur pateram herbis plenam, dextra autem arae admoveat ovinum. Post stylobaten apparet aedificium cum oleis arboribus.

Quae huic descriptioni adiectae sunt observationes, eorum praecipuae hae sunt. Frequenter quidem occurtere Palladem hastatam, sed raro Palladem cum gladio; Albricum tamen de D. I. c. VIII eam facere *gladio accinctam*: deinde a Pallante gigante, quem hoc loco Pailas obtruncat, distinguendum esse Pallantem, quem ferunt Palladis patrem: porro propriam Palladi esse aegida, seu scutum, seu clypeum, potiusque aegida videri pro clypeo ponere, et si aegis sit propri thorax potius, quam clypeus, et quidem thorax, in cuius medio sit Gorgus caput, veteresque hoc caput nunc in scuto ponere, nunc in thorace: denique Victoria a Pallade vix differre, quum utriusque pater feratur Iupiter, quum ultra pie existinetur ex capite Iovis nata: ad ultimum, galeam in capite, scutum, hastamque, esse fere ea, quibus Minerva agnoscatur. Quaerentibus, cur pictor iuvenem fecerit arae admoventem victimam? respondetur, artificem fortasse respexit id, quod tradat Pausanias, in templo Minervae Cranaeae sacris praefuisse aliquem ex impuberum numero delectum, annis quinque perpetuis sacerdotio fungentem, seque eo abdicantem ubi pubescere coepit. Alias non diffitentur, a pictoribus Genios effigi, ad exprimenda diversa officia et ministeria cuiuscunque artis et exercitii. Sacra autem Minerva facta etiam ove, probant ex Homero. Tandem rationem reddituri, cur hic aedificium cum oleis pictum sit, hoc aedificium dicunt designare posse arcem Minervae Victoriae apud Pausan. I, 22 et 42, hanc enim arcem circum oleastris fuisse, Meurs. Cecrop. IV. Posse etiam designare templum Minervae, vel habitationem ministrorum.

Tabula XLIV, tres diversas picturas obicit oculis. In prima vides Venerem marmam. Deae collum ornat monile,

le, brachia duplices armillae. Velum partim difflit in aquam, partim eum videtur praestare usum, quem velum navis. Equo Marino ita vehitur, ut pedum plantae aquae superficiem feriant. Frenorum alterum dextra Veneris tenet, alterum sinistra unius ex Amoribus, cuius in dextra cistella est. Post Deam volat alius Amor, umbellam manu praeforens, quasi Deam a solis ardoribus ea defensurus. Praecedunt prior delphinus, posterior Triton iuvenis, cuius in dextra est buccina, in sinistra aliud instrumentum. In secunda pictura duo Amores hircis inequitant, altera manu habenas moderantes, altera flagellum tenentes. Ab utraque extremitate surgunt metae ex frondibus. In tertia pictura duo putiones conspicuntur, pugillatu se exercentes, quorum alter humi prostratus, sublata manu se victum fatetur, alter pugnos arcte vehementerque comprimit, quasi ictus plures in adversarium ingesturus. In utraque extremitate sunt vas collocata cum duabus palinis. Prope vasorum alterum humi iacet patera. Quae ad has picturas explicandas afferruntur, pertinent ad Venerem ποτίαν seu marinam, et anadyomenen, quam poetas et artifices saepe singunt per mare vehi nunc conchae insidentem, nunc tritonibus, nunc etiam delphino insistentem: Beger. Thes. Br. p. 178. 197. Pieta Veneris hic eiusmodi est, ut lucem adferre possit Claudio de Nupt. Honor. v. 152. Cistella, quam alter Arnorum manu praefert, est fortasse vas unguentarium, quod certe Claudianus Amoribus tribuit, Epithalam. Pallad. et Celer. Quemadmodum hic alter Amorum umbella solis ardore a Venere arcet, sic Apuleius Met. IV. p. 157. comitatum Veneris describens, Tritonum aliquem ferico tegmine flagrantiæ solis obtulerit ait. Instrumentum, quod Tritonis in sinistra est, aliqui pro remo, aliqui pro conto, aut simili instrumento, aperiendis syrtibus navibusque movendis idoneo, agnoscunt, moti verbis Virgilii AE. I. 149. V. 208.

Cupido hirco inequitanus hic fere exprimitur, ut in Anthol. I. 33, 28. et apud Beger. Th. Br. p. 176. Non  
K 2. indi-

indignum memoria est, quod Hesychius scribit, regum filios primum doctos fuisse inequitare hircis. Cognoscendi cupidi, quae de more manum tollendi, ab illis observari solito, qui se victos fatigantur, leguntur, amandantur ad Theocritum Idyll. XXII. v. 128. et Fabrum Agonist. I, 8. ostenditurque, hunc morem Ciceronem respicere apud Lautant. III, 28.

Tabula XLVI. opus architectonicum obiicit oculis micro modo constructum, in quo praecipue animalium in se convertit elephas, qui pullo elephantino seu animali aliis generis proboscideum admovet, veluti eum complectens, et per lumen attollens. Integumentum reticulatum non modo animalis totum corpus usque ad pedes velat, sed etiam proboscideum ipsam.

Aedificium in hac pictura doctis interpretibus portio videtur esse theatri. Constat saepe usum aliquem in theatri fuisse elephantorum, nunc cum hominibus, nunc cum aliis ferocibus bestiis pugnantium, nunc per catadromum, seu per extentos funes spectaculi causa ambulantium, nunc cum animalculis minutis ludentium, nunc a spectatoribus proboscide stipem accipientium, id quod locum fecit ioco Augusti Suet. LIII. De more elephantos lorica tam ferrea, quam aurea, muniendi, tam adversus arma hostilia, quam luxus causa, Spanhem. de U. et P. N. diff. III. Interim quod in elephantis loricae speciem prae se fert, non tam lorica esse videtur, quam cutis ipsa eorum cancellata, ut eam Plinius VIII, 10. nominat.

In tabula XLVII. vel atrium videtur expressum esse, vel vestibulum cum grandi et magnifica corona, quam fabri etiam cornicem appellant, de qua Vitruv. II, 8. Eius in medio suspensum est scutum, in quo capitis effigies adumbratim subobscuraque picta videtur. Consueisse autem veteres,

teres scuta seu clypeos suspendere cum imaginibus maiorum, nunc in loco sacro et publico, nunc in atris privatarum aedium, patet ex Plin. **XXXV, 3.** Senec. de Benef. **III, 28.** aliisque.

In tabula **XLVIII.** vides duo rustica aedificia. Propter primum est mulier habens in manu longam perticam, et duo pueri, item aliquis cum tegumento capitis, habens humero impositum lignum incurvum, ex cuius duabus extremitatibus, bina receptacula instar fæccorum pendent.

Longa pertica mulieris est fortasse *pærticæ*, id est pertica fructibus ex arbore decutiendis, Pollux VII, 46. X, 129. Lignum incurvum cum duobus fæcculis pendulis est *αἰρόφορος* Aristophanis Ran. 8. Cuius generis ligna in antiquis monumentis nunc habent pendulas cruminas, nunc uncos, aut corrigias. Ilidorus *pærticula* et *pærtitoria* dici ait.

In tabulis **LII.** **LIII.** **LIII.** **LIV.** octo sunt picturae orbiculatae, quarum prima oculis obicit mare, aedificia, homines, naves, vasæ etc. Doctis interpretibus inde occasio nascitur verba faciendi de luxu et infania illorum Romanorum, qui iam ultra litus in mari molibus aedificabant, item de nimio studio villas habendi piscinasque, de quo Macrobius, Plinius, Varro, Vitruvius. Addimus Horatium II. od. 15. od. 18. III. od. 1. Secunda pictura varia exhibet aedificia, in quorum alio urna, in alio praeter urnam etiam fertum, et aliquot homines, qui manu præferunt pateras. Credibile est, aedificia huius generis esse monumenta sepulchralia, seu urnas cinerarias, et ferta et pateras reputes, seu consuetudinem sepulcra ad litus vel ad ripam confinendi. In tercia pictura sunt aedificia cum turribus itidem in mari posita, columisque innitentia. In litore est templum, ex cuius fastigio surgit ornamentum floris instar, et quod Vitruvius IV, 7. *florem nominat.* In quinta pictura, quae est tabulae **LIII.**

K 3      præ-

praeter multa alia etiam ambulatio coniecta, seu cryptoporicus exprimi videtur, cui oppositas dicas ambulationes aper-  
tas et sub dio, quas Vitruvius ambulationes hypaethras vo-  
cat. A cryptoportico Sidonius II. ep. 2: videtur hypo-  
dromum distinguere. Hypodromus est fortasse deambula-  
crum, non undique, sed ex parte coniectum, habens et te-  
ctum et columnas, sed nec muros nec parietes. Crypto-  
porticus clausa est ab utroque latere, habens parietes cum  
fenestris, ut Plinius diserte dicit II, 17. v. Iuvén. IV, 5.  
VII, 178. Porticus vero, seu ambulationi, seu gestationi  
destinatae, solebant esse circulares, v. Graev. de vill. antiqu.  
structura c. 8. In eadem pictura clarissimi auëtores sibi  
observare videntur *tonfillas*, id est, palos dolatos in acumen,  
et cuspide praeferratos, qui configabantur in litore, navis re-  
ligandae causa, v. Festus.

Denique ibidem cernitur aedificium, quod ad septizo-  
nium similitudine accedit, de quo Suetonii interpretes ad  
Tit. c. I. Septima pictura, quae est tabulae LIV. com-  
pletatur et alia aedificia, et porticum magnum, eamque la-  
teribus apertis in mari aedicatam, quam interpretes con-  
iiciunt esse vel ambulationem, vel gestationem apertam, vel  
xystum exercitiis gymnasticis inservientem. In ultima deni-  
que pictura orbiculata sub adspicuum cadunt duo templo,  
quorum in fastigio videtur esse cornu copiae, fortasse ad  
denotandam rerum abundantiam, quae oram istam mariti-  
mam beat. Sed potest etiam aliquid esse, quod candelabri  
vicem praestet, super quo accensi noctu ignes navigantium  
cursum regerent. Inter duo templo surgit alta trabe, cu-  
ius in vertice est rotula. Huius trabis in litore erectae  
idem videtur usus esse, qui mali in navibus. Malum au-  
tem cum aliis usibus inservire, tum pro specula esse constat,  
Liv. XXX, 20. Ovid. M. III, 615. Festus in *Corbita:*  
*corbitae dicuntur naves onerariae: quod in malo earum summo*  
*pro signo corbes solerent suspendi.* Unde Dacierius ad Festum

in *Simpludaria*, a *corbitis* dictos putat *corbitores*, qui per corbitarum h. e. naviorum malos representant ad vela legenda, vel ad alii d quid: quos Scaliger potius *corvatores*, id est, *cernuatores* dicendos existimat. Erunt igitur, qui rotulam illam hic esse corbem, vel vice corbis, arbitrentur. Sed quum duo illa templa sint fortasse sepulchra, trabs media inter illa poterit indicare defunctorum obitum in loco peregrino, v. Potter. IV, 7. qui ad Theocriti Idyll. XXIV. quod inscribitur Ἐρέσης v. 30. provocat, rectius provocaturus ad Idyll. XXII, quod inscribitur Διόσκουροι v. 207. sq. Aliquo intervallo in campo ingens aedificium est, cum porticibus trium contignationum, ut dicere possis δωματα τείσεναι cum Luca A&E. XX, 9. Fuisse veteribus talia aedificia, tales etiam porticus, patet ex Liv. XXI, 62. Philostr. Icon. I. praef.

Tabula LV. exhibet portum magnificum, multis aedificiis cinctum, cum porticibus et turribus: prorsus ita constructum, ut Vitruv. V, 12. praecepit. In primo maris sinu sunt tres cymbae: cymba etiam est in ipsis secundi sinus faucibus, qui portum efficit, cuius in medio sunt quatuor navae velis ciliciis, ut videtur, operta, ad arcendum vel solem, vel pluviam. Varro de R. R. II, 11. Ex uno eorum naviorum senex quidam innitens baculo in litus descendit per ponticulum ἀποβάθραν, vel ἀναβάθραν, vel etiam διαβάθραν, Pollux 1, 93. Ab utroque portus latere sunt duae moles, inaedificatae arcibus grandibus in mari, quarum latera parietibus cancellatis munita sunt. Ornatus causa, versus extremitatem utriusque est porta. Primae portae insistunt duo Tritones, tenentes altera manu buccinam, altera contum vel faculam. In porta altera videri possit esse figura Scyllae, canibus succinctae. Tum vero hic portus esse Siciliae dicendus eslet, aut Scyllaei promontorii, oppidique vicini. In litore statuae quaedam columnis sunt impositae, partim muliebris, partim virilis formae, expremen-

mentes forte Deos, Deasque marinas. Prima statua est procul dubio Priapi λυμενίου. Anthol. I, 56 epigr. IV-XII. In extremitate molis in mare iactae, fluctibusque oppositae, est Hermes, vel potius Hermula cum petafo. Mercurio locum in portu tribui, tanquam Deo ἐπιπολάριῳ, nemini mirum videbitur. Sunt inter doctissimos explanatores, qui portum Ostiensem a Claudio Caesare extructum Sueton. Claud. 20. pictum putent: sunt etiam, qui sinum in litore Campano, qui *Crater* dicitur: sunt denique, qui utrumque parum verisimile existiment. In portu Ostiensi fuisse templa et statuas Portumni, Fortunae, Bacchi, Spesi, Felicitatis, et alias, colligas ex monumentis antiquis Ostiae repertis. Sed de reliquis dicemus proxime.



# NOVA ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsie*

*Calendis Maü et Iunii Anno M D C C L X I V .*

LE PITTURE ANTICHE D'ERCOLANO E  
CONTORNI CON QUALCHE SPIE-  
GAZIONE, etc.

i. e.

*PICTURAE ANTIQUAE EX HERCULANO ET  
vicinis locis erutae, atque in aës incisae, cum animad-  
versionibus. TOMUS II.*

Neapoli 1760. e typogr. regia, charta max. pagg. 339.  
tabb. 60.

*Recensio altera.*

**T**abula LVI. LVII. LVIII. continet effigies diversarum rerum mensis apponendarum, avis cristatae, leporis, malorum, lucanicae, anseris, granati aperti, cuius generis picturae xenia dicuntur Vitruv. VI, 10. In una earum avis ita est pendula, ut rostrum eius annulus transeat, annulus autem clavo haereat. Unde apparet, non fuisse veteribus illos orbiculos aereos vel ferreos incognitos, ita factos, ut duae extremitates et divelli possent, et coniungi. Circites dicuntur tales annuli Fefo et Varroni. Tales fuere Gallorum apud Diodor. Sic. V, 27. In medio picturae, quae

L

est

est Tabulae LIX, apparet intuentibus ara quadrata, cum accenso foco, et iam in altum spargente flamas. Super basi, utrique aera lateri adstant duae ibides, et circum aram sunt undecim homines diversae aetatis, diversi sexus, et habitus, diversorum etiam gestuum. Inter quos praecipue oculos in se convertit mulier nixa genibus, candida tunica, uestemque exteriore rubra, eaque fimbriata, amicta, dextra praeferens fistrum, sinistra pateam haud dubie frugibus, spicis, herbis plenam. Capite est coronato: crines habet solutos, pedesque non secus ac reliquorum adstantium sunt nudi. Post eam stat puella, dextra tenens vas sacrificale, habens in capite canistrum, quod sinistra sustinet. Prope hanc duae sunt mulieres, altera solutis crinibus, raso capite altera, tenens sinistra ramulum, dextra fistrum. Ea est nuda ad cincturam usque, unde albus pannus pendet, operiens eam pedibus tenuis. Ex altera parte oculis occurrit senex submissis genibus, et manibus supinis versus coelum sublatis preces faciens. Senex iste est calvus: dimidium eius corpus nudum, reliqua pars. eaque inferior, panno albo velata. Senis huius tergo adstant tres homines vestiti, inter quos est primo mulier, dextra tenens lignum aliquod fistum, cuius tres hastae sunt transversae, quod videtur instrumentum musicum esse, idque argutum et sonorum, forte καλαύος χιλέμενος Schol. Aristoph. ad N. 259. aut δίγυξ χαλκός, cuius meminit Nonnus, v. Scalig. in Copam Virg. in Append. p. 520. Salmas. ad Vopiscum p. 492. vel species fistri. Eadem mulier sinistra tenet herbam vel ramulum. Praeter eam adstant puella et senex, porro alia puella, nulli negotio intenta, porro mulier, seu tuba seu tibia canens, denique mulier sinistra tenens trium annulorum catenam, dextra autem instrumentum simile circello, quem tanquam dimetiens transit hasta, et quem ambiunt tintinnabula. Sequitur templum: in quod qua aditus est, sunt quinque gradus, duae columnae, et epistylum. Templo contigui a duobus lateribus duo muri, et arboretum. Inter arbores est palma. Columnas ambit hedera. Superiori parti cuius-

cuiusvis columnae additus est palmae ramus. Corona frondea pendet ex templo medio. In templo ipso ex hominibus sex duo sistra concutiunt, tertius cymbalum pulsat, quartus tollit indicem dexteræ, quasi admonens arcui celandit. Quinta persona est puella, quae aut digitis gesticulatur, aut instrumento aliquo sonos musicos edit. Ad ultimum et sexto conspicendum se praebet homo barbatus, colore fuso, caput frondibus cinctus, veste violacea, eaque arcæ, et tam alte succincta velatus, ut brachia, ut pedes, crura, ipsa quo femora nudentur. Praebet speciem saltantis. Vix dubites, hanc picturam ad facra Isiaca pertinere. Ex ea lucem accipit locus Apuleii M. XI, ubi pompam Isiacam describit. Catenæ illa quatuor annulorum, quam mulieris sinistra tenet, lucem aliquam adfert Lucretio II, 630. ubi legimus, tales catenæ usitatas Curetibus fuisse in festo magnæ matris. Ibi interpretes ludere catenæ explicant, *per manus recte data inter se ludere et in numerum saltare, et formare quasi catenam, vel catenæ in choreis duendis imitari.* Sed videntur Curetes manibus veras catenæ ferreas tenuisse, quas saltantes tangentes quaterentque, ut strepitum quendam harmonicum ederent. Haec consuetudo proprie usurpata in sacris Magnæ Matris potuit locum etiam habere in Isidis sacris, quam non nulli esse ipsam Magnam Matrem putant. Si circellus ille, quem tintinnabula ambiunt, per cuius medium bacillus, tanquam dimetiens, transit, crotalum est, id quod locus Io. Sarisberiensis verisimile facit, ut docti interpretes observant: diversæ formæ crotala fuerint necesse est. Nam in marmore antiquo pompam Bacchantium referente, quod Schwarzius explicat in Miscell. politioris humanitatis p. 95, occurrit Baccha crotalistria, quae utraque manu crotala percudit, quae non sphaerulæ figuram habent, sed composita esse videntur ex duobus calamis seu bacillis, vel aereis, vel ligneis, ex altera parte coeuntibus, ex altera divaricantibus. Quo loco de crotalis uberior et distinctius, quantum scimus, quam quisquam alias, exposuit Schwarzius, docuitque crotala suilla instrumenta, quae digitis percussa raucum sonum

ederent, vocemque ciconiae imitarentur; deinde ex arundine calamisque scissis fuisse facta, interdum etiam ex testa, ligno, aere; denique convenisse quedammodo cum parvis illis instrumentis musicis, quae *castagnettes* a Gallis vocantur; ad ultimum diversa instrumenta fuisse crotala, cymbala, et scabilla. Sed erunt, qui sibi videre videantur in pictura nostra non tam crotalum, quam discum illum crotalophoron, quem describit Franc. Blanchini de tribus generibus instrumentorum musicae veterum organicas p. 58. Secundum hunc discus crotalophorus est vas concavum, lancis discive formam habens, cuius ora foraminibus pervia est, ex quibus tintinnabula pendent, ut sonus acutus tintinnabulorum iungatur sono gravi aeris ipsius seu disci. Idem Blanchini exhibet imaginem talis disci crotalophori, in quo, non secus ac nostra in pictura, novem tintinnabula numerare licet. Fuit inter doctos interpretes, qui coniiceret, hac pictura exhiberi chorum Isiacum, cuius mentionem faciat Apuleius M. XI.

Tabula ultima, quae est LX, non secus ac superior, ad sacra Isiaca pertinet. In medio est ara, quam ambit encarpus. Arae imposita sunt ligna. Ei adstant minister Isiacus, tenens manu labellum, cuiusmodi et hodie occurunt, a censurus focum iam flammas fundentem. Lateri huius haeret alius minister velatus longa et adstricta et candida veste breve manicas habente. Praefert dextra longum baculum, sinistra autem instrumentum simile ensi cum longo capulo. Adstant complures alii, diversae aetatis, sexus, et habitus, qui partim tibias inflant, partim ramulum, fistrum, cymbium, manus tenent. Ad utrumque templi latus duas sphinges, florem loti in capite habentes, comparent. Circa aram sunt ibides etc.

Vestem illam adstrictam cum brevibus manicis comparant docti interpretes cum veste nivea et cataclista Apuleii M. XI, qua Isiaci amicti esse dicuntur. Monent, Beroaldum *vestem tot vel clam interpretari vestem undique clausam*, et sic dici a narratorem; vel *vestem mutulam*, quae *caret manicis*, et sic

sic dici a κατάκλεισται. Sed longe aliter accepit *vestem cataclistam* Salmius ad Tertullian. de pallio p. 176. sq. et vir donatus ad Callim. fragm. XVI. p. 238. Nempe κατάκλεισται dicuntur, quaecunque pretiosa sunt, ut ferrari diligentius et clausa teneri mereantur. Hinc puellae virgines κατάκλεισται, hinc meretrices κατάκλεισται, hinc denique θηλίαι κατάκλεισται. Quam explicationem viros doctos putem multum praepositorum Beroaldinae.

Inter minores picturas, quae ornamenti causa vel praesentiae narrationibus in capite, vel subiectae, digna est quae consideretur ea, quae praemittitur narrationi tabulae secundae.

In ea exprimitur cistula cylindracea, quae scripta continet, posito ad latus operculo. Alia parte fassulus est clavus, alia sunt monetae vel calculi. Sub aspectum etiam cadit liber bipatens, seu tabellae duplices seu diptychae, cum nonnullis characteribus, qui discerni nequeunt: praeterea aliis liber, vel plures libri clausi. Nobis eorum conjectura quam proxime ad verum videtur accedere, qui sibi in hac pictura videre videntur tabellam librariam cum capitulo, hoc est, tabellam, in qua pueri scribunt, literasque discunt, cuius forma quadrata esse solebat, quaeque in summa parte appendiculam habebat, seu capitulum, saepe perforatum, ut posset suspensi. Varro de R. R. III, §. 10. Haec omnia convenientur huic picturae, si foramen excipias, quippe quod haud appetet. Neque magnopere repugnare, si quis dicaret, cistulam istam libris plenam esse capsam, fassulum esse loculum calculis refertum, et tabulam esse tabulam loculatam, lineis distinctam, ad usum ducendorum calculatorum. De capsula Horat. I. Sat. 4, 22. et alibi. De loculis tabulaque idem Horatius I. Sat. 6, 74. quo loco loculi et tabula duo esse diversa possunt, loculi calculatorum, et tabula, in qua calculi ordinantur; possunt vero etiam per ἑν δια δυον esse tabula loculata. Hoc sensu accepit Gesnerus: illo Scholastico. Hac explicatione admissa dicerem, pictorem omnem supelleculam literariam pueri ad scholam euntis oculis valuisse

Iuisse subilicere, capsam, calculos, laculos, tabulam literariam.

Tabulae IX. elegantissima pictura praeponitur, in cuius medio duo vasa rotunda visuntur, alterum alteri adjunctum, et opercula eorum, et calamus scriptorius, qui ex altera parte solo, ex altera vasi, incumbit. Prope ista vasa utrinque sunt duo libri, alter semiapertus, in quo sunt aliquot lineae seu versus characterum, qui videntur esse latini, si omnes ex paucis aestimes, qui satis distingui possunt; alter est liber oblongus apertus, in quo itidem sunt characteres, quos non internoscas. Visitur etiam instrumentum triangulare.

Credibile est, vas istud esse asservando liquori, vel pigmento, cuius ope literae papyro vel chartae inscribi solent, et quod vulgo atramentarium, graece μελανόδοχεῖον vel μέλανος δοχεῖον dicitur. Ut ex multis veterum monumentis constat, eius figura apud veteres fere cylindracea, vel polygona. Ad literas atramento exprimendas utebantur veteres calamo vel canna, qualis hic depicta est: quales calami Celsi calami *scriptorii*, Apuleio *chartarii*, dicuntur. Plinius XIV, 16. Calami Aegyptii, inquit, maxime et Cnidii, chartis serviunt. Clemens Alexandrinus Strom. V. calatum appellat ρεῖν, quia calamus Aegyptius est species junci. A calamo theca calamaria dicitur, in qua calami conduntur, Sueton. Claud. 35. Martial. XIV, 19. Talis theca vacuum illud clausum esse videtur, cui innititur calamus hic pictus. Fuere tamen, qui sibi videre hic viderentur vas liquore aliquo a superiore diverso, et forte rubro plenum, quo constat veteres viros suisse in titulis librorum, et speciatim legum. Unde libri rubricati apud Petron, c. 46. In primo versu libri semiaperti legitur quisquis, in penultimo maxima, in ultimo cura. Literae q, u, r, s expretiae sunt minusculo charactere. Id quod conferre aliquid potest ad definitiandam aetatem, primumque usum literarum minuscularum apud Latinos. Qua de re se in posterum pluribus exposituros interpres promittunt. Verum est, nec in numismatis, nec mar-

marmoribus, nec in MSCtis primi post natum Christum seculi, vel characteres minores occurrere, vel signa accentuum. Sed exinde haud quamquam cogi docent docti interpres, quod multi sumunt, veteribus minorum literarum accentuumque signa plane fuisse ignota. Si consideres, Aristophanem Byzantinum spiritum accentuumque primum ferri auctorem, si perpendas, quid de usu accentuum dixerit Athenaeus et Plutarchus dicant: recte fortasse statues, non vulgo ab omnibus signa ista admissa fuisse, sed a grammaticis duntaxat in ludis literariis usurpata, v. Hermannus Hugo de prima scrib. or. et ad eum Trotzius. An in marmoribus latinis aetate Augusti accentus occurrant, quaerit Norisius Cenot. Pisan. p. 488. Historiam autem aetatemque minuscularum literarum tradit Diplomatica P. P. S. Mauri T. I. p. L c. 15. et ult., ut mittam Montefalconium in Palaeographia graeca. Negari nequit, minorum literarum vestigia non modo in numismatis tertii seculi inveniri, sed et ante Augusti aetatem, ut fuisse veteribus duo scribendi genera videantur, antiquissimum, ad quod pertinent characteres maiusculi, quorum usus fuit in monumentis publicis, et apud eos, qui vellent eleganter scribere: recentius, ad quod minores literarum figurae pertinent, quarum usus apud eos, qui elegantiam nea magnopere curarent.

Quod ad duo libros, oblongum et cylindraceum, attinet, alterum esse interpres putant tabulam vel ligneam, vel abus materiae, alterum autem papyrus vel chartam. Attentione dignum est, duas tabulas esse inter se coniunctas, unde fortasse non male colligas, quemadmodum diptycha constant duabus paginis vel tabellis, ita polyptycha composita ex pluribus tabellis fuisse, ita, ut vincula quedam annulive extremitatem unius iungerent extremitati alterius in eum modum, ut tabellae explicatae efficerent longam seriem, implicatae autem altera alteram operirent. Unde lux Martial. VIII, 44. XIV, 4 et 6. Instrumentum triangulare sunt, qui putent librum esse in trianguli vel Δ figuram complicatum, cuiusmodi liber dicatus δέλτος vel δέλτιον.

*Tis.* Sed sunt etiam, qui velint esse thecam vel receptaculum, in quo conderetur stylus plumbeus, scalpellum, aliaque huius generis instrumenta, de quibus Montefalconius in Palaeographia, Trotzius ad Hugonem, et Pollux X, 59.

Tabulae XI. subiiciuntur duae Sphinges, trahentes parvum vehiculum, in quo sistrum et hydria, hoc est, sacra supplex, cuius usus in sacris Isiacis.

Tab. XII. inter alias picturas abaco insistit figura, quae oculis obiicit superiorem partem corporis muliebris, tenentis manibus cycnum, et desinentis in encarpum. Coniiciunt interpres esse Ledam. Subiicitur eidem tabulae aquila, quae oculos coniicit in vas aliquod sphaericum, cinctum frondibus; quas frondes aliqui volunt esse querceas, hoc est, arboris Iovis sacrae, cui aquila consecrata est. Vas autem illud sphaericum pertinere dicunt ad Iovem Brontontem. Apud Boissardum Iupiter Tonans seu Brontontes manibus tenet vas rotundum cum duobus manubriis, cui inscripta sunt verba: Iovi Sancto Brontoni. Montefalconius I, 2, 3, hoc vas referendum existimat ad strepitum tonitruum, qui similis esse sono videtur, quem tale vas edit percussum. Cuius Antiquarii explicationem videtur nostra pictura adiuvare. De vasis aeneis, quorum usus in theatro ad sonitum faciendum Vitruv. V, 5. Pollux IV, 127, 130. Schol. Aristoph. ad N. Ex duabus picturis, quae tabulae XVI. praenuntiatur, altera Isidem exhibet cum capite vaccae. Dea sistrum dextra praefert, idque figurae insolitae: sinistra autem pateram cum frugibus. Ante pedes habet instrumentum bisurcum, quod docti interpres referendum coniiciunt ad artem agrimensorum, quam artem in Aegypto natam esse inundationibus Nili constet. In mensa Isiaca, aliisque monumentis Aegyptiis, multa instrumenta similia reperiuntur. Clem. Alexandrinus Strom. V. inter alia hieroglyphica nominat etiam διπλοσίνης πῆχυν.

Tabulae XVIII. et XXVI. praeponuntur, tabulae vero XXV. subiiciuntur picturae, quae videntur praemia victoribus in ludi publicis data oculis subiicere, v. c. discum, vas,

tor-

torquem, vestes, mala, palmas, coronas etc. Quae tabulae XXVI. praeponitur, praeter tripodas exhibet vase, coronam, ramum palmae, et fontem salientem ex marmore. Quae- rentibus, quid fibi fons saliens velit inter praemia victoribus data, Herculanenses interpres doctissimi respondent, athletas post exercitia sua et certamina se abluere consuefisse, ut quum in gymnasii loca fuerint lavationi destinata, credibile esse, pictorem eo respexisse.

In enarrandis illis, quae hoc secundo volumine con- tinentur, suimus paullo longiores. Sed quum praeclarum istud opus paucissimorum sit in manibus, quumque multos esse norimus, qui picturarum argumenta sibi plenius decla- rari cupiant; visum est horum desiderio obsecundare. Non igitur veremur, ne nostra haec opera aut nimia, aut putida lectoribus videatur. Si qui sunt, qui cupiditate quadam etiam ad ea cognoscenda ferantur, quae reliquis pictura- rum illarum voluminibus continentur; his spem haud dubie suavissimam facimus, hoc abis curae fore, ut exponendis illis, quae tertium volumen et sequentia complectuntur, bre- vi tempore eorum cupiditatem expleamus.

*DE NOVA EDITIONE HESIODI ADORNANDA  
consilium IO. BERNHARDI KOEHLERI, AA. M. Phil.  
et Histor. in Acad. Kilon. Prof. Publ. Extraord. Acad.  
Historicae Goettingensis, et Regiae, quae ibidem  
est, Societatis Teutonicae sodalis.*

**N**e cui in adeunda ea, quae AUGUSTISSIMI PRIN- CIPIS beneficio, superiori iam anno mihi demandata est Professione Philosophiae et Historiarum Extraordinaria, malum omen facere videar, praefando aliquid de *Hesiodo*, poeta. Neque enim hoc in historico reprehendendum existumo, quod sit poeta, quod poetas amet ac diligenter legat; modo ne ipse in historia scribenda inge- nio suo nimium indulget. Verum et hanc vim habeat, ve- hementer

hementer opto, disputatio mea apud studiosos literarum, et historiae in primis, ut studia humanitatis, lingua Graecam maxime, et criticam artem, magis amare et colere incipiunt. In his enim literis historiae infinitum quantum praefidii atque ornamenti positum est, tametsi nostra fere aetate ab ea solet esse seculata.

Mallum equidem, me hoc tempore aliquid scripsisse, quod felicem illam, de qua alio loco et tempore dicere constitui, literarum Arabicarum cum studio historias coniunctionem insigni quodam exemplo doceret, vel *de Iahutis, Viris in Oriente Muhammedano ab eruditione illustribus*, fidem meam in praefatione ad *Abulfedae tabulam Syriae* datam liberaffe. Sed utrumque prohibuit typorum Arabicorum in hac urbe defectus. Potuisse quoque, quod magis cum disciplinae meae rationibus convenire videbatur, consilium meum, quod dudum animo volvi, de edendis *Chronicis Slavicis Helnoldi et Continuatorum a) breviter exponere; sed mihi ipsi, fateor, dubium est, an unquam hisce Scriptores sim editurus. Tametsi enim in eo laborem utillem ac necessarium suscepturnus videor, et collationem Helnoldi ac maioris partis Arnoldi cum duobus Codd. MSS. iam confeci, neque alius subsidiis destituo: me tamen vix unquam hisce curis abstrahi patiar a studiis meis Graecis atque*

Arabi-

- a) Hoc loco non possum quin gratias commemorem sumime Reverendi ac Perillustris *I. C. H. Dreyeri*, Lubecae meae ac literarum decoris, singularem erga me benevolentiam. Ille enim, dum mihi, ne consilium meum de edendis hisce Scriptoribus abiiciam, vehementer auctor est, benebole mecum communicavit librum rarissimum, *Chronicon Slavicum Germanicum, Helnoldini Chronic continuationem*, cuius interpretationem latinam edidit *Lindenbrogius in Script. Rer. Septentr. p. 189. sqq.* Eleganter de hoc libro et textu authentico Germanico exposuit Illustriss. *de Wettphalen* in praef. Tomi III. *Monum. ined.* p. 2. sq.


Arabicis, mihi quidem multo iucundioribus. Expónam igitur, post breve de *Hesiodo* eiusque editionibus iudicium; de consilio meo novae editionis adornandae, quo intelligatur, cui maxime studiorum generi otii, quantum a publicis negotiis vacuo contingere, impendere statuerim.

De aetate *Hesiodi* multum iam a veteribus disputatum fuit, neque nos quidquam certi habere existimo. Ego quidem nescio, malimne cum *Scaligero* patre b) iis accedere, qui *Hesiodum* ipso *Homero* antiquorem faciunt, quam qui iuniorem. Nam ratio, quam nuper ingressus est *Lud. Kuflerus* c), de aetate *Homeri* atque *Hesiodi* ex ingenio Scriptorum utriusque iudicandi, mihi quidem parum certa videtur. *Homericum* autem ait, ob maiorem simplicitatem, remotionem vetustatem redolere. Comtiorem esse *Hesiodum* et remotionem *Homero*, cui prainde *Dionyfius Halicarnassius*, emunstae naris criticus, ὁμάτων λεόπτητα καὶ ἐμρελῆ σύνταξιν tribuat. Atque ego fere contra existimo, ornatum maior rem inesse *Homero*, simplicitatem *Hesiodi*; tametsi haec ipsa summam suavitatem habet atque elegantiam. Quanquam in ea argumenti diversitate, quae in carminibus utriusque obtinet, genus dicandi non poterat nisi diversissimum esse. Ita enim raro admodum assurgit *Hesiodus*, aequalis ubique ac temperata oratio; contra *Homerus* semper altius petit. Alia iam ratio est in scuto *Herculis*, ubi *Hesiodus* quoque pro argumenti dignitate sublimior est, atque ornator. Caetera in utroque eadem. Uterque ad consuetudinem orientalem proxime accedunt, sed proprius forte *Homero Hesiodus*. Sed hoc mihi in primis apud *Hesiodum* in amoribus est, quod tota eius oratio virtutem quasi spirare videtur; adeo plenus est morum praceptis veris ac splendidis ille ἀνὴρ αἰγαῖος καὶ Μέσαιος φίλος, uti eleganter vocatur *Dioni Chryslomo* d).


M 2

Sed

b) *Poetics* p. 24. c) in *Hist. Crit. Hom.* p. 11.d) *Orat. XII.* p. 199. d.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART  
NATIONAL BUREAU OF STANDARDS 1963 A



1:24

Nova Acta Eruditorum

LEIPZIG 1767

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT  
DAS ORIGINAL DER UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK  
ERLANGEN-NÜRNBER ZUGRUNDE

SIGNATUR: LTG, IX,88.

Sed vir quisquam est Scriptorum Graecorum, in quo cum emendando, tum explicando, minus praesertim sit a Viris eruditis... Solus enim, qui optime de Alcraeo vato meritus, Graevius est, Vir elegantissimus sane, sed qui tam non cum reliqua elegancia etiam hanc habebat, ut negligentissimus esset. Itaque in varietatibus ex Codicibus suis notandis summam diligentiam adhibuisse non videtur. Quaedam etiama loca obscura et male affecta plane non attigit, neque ex versione latina omnes errore futilit e). Mihil quidem lectiones eius Hesiodae non tam Hesiodi causa, quam quod plenae sunt pulcherrimarum observationum, legendaे vi- dentur. Elegantes quoque sunt, quas Graevius lectionibus suis adiecit, Fr. Guillet emendationes in Hesiodum, et haud raro a Codicibus meis firmatas vidi.

Qui vero post Graevium ad Hesiodum accessit, Clericus, mediocris admodum doctrinae Vir, ac summae temeritatis, nihil praeclarum in eo vel explicando, vel emendando prae- stit;

e) Apponam unicum exemplum, ubi constitudinis orientalis ignoratio decepit Graevium. Statim in initio Operum et Dierum v. 13. de duplice contentionum genere legimus:

διὰ δὲ ἀνδρῶν θυμὸν ἔχουσιν,

quod ante Graevium vertebatur: *in diversa autem animum distrahunt.* Graevius vero peius etiam, ni fallor, vertit: *diversa autem sentientem animum habent.* Pro quo me iudice debuerat: *sunt vero maxime inter se diversae.* Nam θυμὸς hic plane ita, ut frequenter Hebraeorum et Arabum **وَلِي**, adhibetur, ut commode per ipse verti possit. Atque ita διὰ δὲ ἀνδρῶν θυμὸν ἔχουσιν idem plane est, ac si scriptum esset διὰ δὲ ἀνδρῶν ιαυτῶν ἔχουσιν. Hoc sensu apud Pindarum quoque ψυχὴ legitur, Olymp. od. II. v. 143. ἀπὸ ταῦταν αἰδίνων ἔχειν ψυχὴν, est sc̄ ab omni insuffitia abstinere.

*titus, sed insigne inseitiae sive monumentum posuit f).* Ac  
vix mehus de *Hesiodo* meritus est *Robinsonus*, Anglus, qui  
novissime *Hesiodum* cum notis variorum edidit *Oxon.* a.  
1739. quatuor nis. Nam haec eius recensio, praeter chartas  
ac literarum elegantiam et splendorem, vix habet quo com-  
mendetur. *Vitia enim Clerico* aliisque commissa, pleraque  
religiose servavit, neque ingle, praeter variantes codicium  
quorundam lectiones, de suo; quod momentum haberet,  
adiecit.

Nuperissime autem praedclare de *Hesiodo* meritus est  
*Dav. Ruhnkenius*, excellentis ingenii et doctrinae Vir, qui  
in priori sua *Epistola Critica ad L. C. Valkenarium V. C.*  
scripta, varias quoque ad *Hesiodum* emendationes protulit.  
Atque huius Viri opera in primis in detegendis versibus  
spuriis est versata. Quam provinciam semper, licet elegan-  
ter, nonnunquam tamen et in *Hesiodo*, et in *Callimacho*, ni-  
mis subtiliter administrasse videtur. Rationem enim, qua  
plerumque ad versum aliquem tanquam *τεθειμαν*, efficien-  
dum utitur Vir doctissimus; quod in praecedenti versu ea-  
dem sententia, tametsi minus explicate, legitur, vereqr, ut alius  
probet, iis maxime, qui cum Hebraeorum poetis maiorem  
familiaritatem contraxere. Etenim solent et Graeci anti-  
quissimi poetae ita *πενηντα*, et prorsus illo membrorum  
parallelismo uti, quem in Hebreis eleganter nos docuit  
*Lowithus* g).

M 3

Ve-

f) Quam turpiter se in *Hesiodo* dederit *Clericus*, ut e par-  
ticipiis et adiectivis nomina propria, ex integris popu-  
lis singulos homines, e genitivis nominativos fecerit,  
variis exemplis ostendit praceptor meus, de studiis  
meis longe metitissimus, S. R. *Ernestius* in *oratione de in-  
stitutis Criticorum in studiis Theologiae imitandis, Opus.*  
*Orat.* p. 46.

g) *de Poesi Hebr., Prael.* XLX.

Vérum me, ut de nova editione *Hesiodi* cogitarem, in quam etiam veteres poetae interpres legerentur, maxime impulit *Heinßiana* editio maior, de qua tanquam valde vicia queri videram Viros eruditos, atque ipse ita non uno in loco cognoveram. Sed ut rectius de hac editione iudicari possit, altius repetendum ac paucis explicandum videtur, quaenam *Hesodi* editiones *Heinßianam* praecesserint.

Prima igitur editio, quae veteres interpres adiunctos habet, Veneta est, quae a. 1537. ex officina Io. Franc. Trincavelli quaternis prodiit, elegans et emendata, quam saepe praeter rem deseruisse recentiores editores, passim notatum est Viris eruditis h).

Hanc dein exceptit Basileensis editio anni 1542. octonis, in qua teste *Fabricio* i), *scholia Graeca pleniora quam in priori, sed longe minus emendata, et augmentis quibusdam non uno in loco interpolata potius quam suppleta, et hinc inde vitia-za atque corrupta, adiunctis Io. Tzetzae scholis, latine veris a G. Henischio. Sed utriusque huius editionis potiundae, et cum *Heinßiana* conferenda facultas mihi nondum illa con- tigit. *Trincavellianam* editionem sese olim, ex codice manu- scripto suppletam, vidisse in Bibliotheca Gottorpensi inter libros Wowerianos, narrat *Fabricius*. Eius libri, quem nunc in Biblioteca Regia Hafniensi esse suspicor, ut mihi ali- quando copia fiat, vehementer equidem opto.*

Secuta est post alteram item Basileensem editionem anni 1574. cum folio *Tzetzae* commentario ad calcem libri,  
*Dan.*

b) v. *Selenum ad marmora Oxon.* pag. 36. fin. Memini etiam τὸν πάτον *Hemsterhusum*, in notis ad *Lucianum*, qui nunc ad manus non est, passim veterem hanc *Trincavellianam* recensionem contra *Heinßianam* in partes vocare,  
i) *Bibl. Graecae* lib. II. c. VIII. p. 382.

*Dan. Heinſii* recensio Lugd. Bat. a. 1603. 4. in quo Viro nescio quid magis mirer. Quem enim neque ab ingenio, neque ab eruditione deſtitutum fuiffe, omnia, quae ſcripta reliquit, loquuntur; eum tamen de plerisque, quos edidit, ſcriptoribus pellime meritum, et qui ipſe erat neque inelegans poeta, eum ſaepē simpliciſſima ac pulcherrima poetarum loca non affecutum video. Quod poſtremo loco dixi, id. ne quis dubitet, uno exemplo probabo; ex ſcuto *Herculis Hefiodeo* petito. In elegantiſſimo illo poemate, poſtquam, quas in illo clypeo terra monſtrabat imagines terribiles adſpectu, cruore ac caedibus omnia plena depinxit poeta, vſ. 200. ad coelum tranſit:

'Εν δ' ήν αθανάτων ἵρος χορός· ἐν δ' ἄλλοι μέσοι·  
Ιμερόν καθάριζεν Δητοῦς καὶ Διὸς νῖκος  
Χευσεί γόργηγε· θεῶν δ' ἕδος, ἀγρὸς ὀλυμπος.

Quid quaeso pulchrius unquam fingi possit? Supra illa terroris, tumultus, mortuum ac malorum omnium ſpectacula pieti erant ſacer immortalium Deorum chorus, in cuius međio fidibus ſonabat Apollo, Deorumque ſedes, tranquillum et purum a nubibus coelum. Atque hanc tam iucundam tam excellentem imaginem nobis oblitteravit *Heinſius!* *Scribendum*, ait, *omnino exiftimō*: θεῶν δ' ἕδος ἀγνύτ' ὄλυμπος. *Cœlum frangebatur, ὄλυμπος ἀγνύτο*, id eft, οὐχὶ μεγαλὺν ἀποτέλει, *reſonabat*. Nihil certe, ſi literas ſpectes, elegantius; ſi tenſum, nihil absurdius. Qui enim pingi poterat ille reſonans Olympus? Sed tamen, quod magis mirabere, haec emendatio *Heinfaha*, omni codicum auētoritate deſtituta, quam nec meorum codicūm quisquam probat, affenſum tulit elegantiſſimi *Graevii*, a quo in ipsum, quem vocant, textum eft recepta, et religioſe eam feruarunt posteriores editores, *Clericus* et *Robinſonus*. Atque hoc modo ſuaviflma imago ex *Hefiodeo* eft eieclta.

Verum,

Verum, ut in viam redqamus, Graeca etiam scholia vereor ut emendatoria dederit *Heinsiana* recensio, quam Veneta aut Basiliensis, ne nova negligentia veterem auxerit. Ipse quidem, quam parum eleganter provinciam Critici administraverit, taliis est. *Cum sapere*, ait, *integris pericommatiis et periodis, quae idem notarent, hae editiones differrent; et quae meliora nobis videbantur, ex Basiliensi retinuimus: caetera secundum Venetam emendavimus.* *Quorum singulorum in notationem reddere nec potuimus, nec voluimus.* Mox etiam sepe libere proficitur ex Grammaticorum schola non esse; quo nihil, credo, verius unquam dixit. Igitur pro lubidine textum constituit et emendavit *Heinsius*, adiecit, lectoris, quid in libris suis legeretur, non monito, quae sibi deesse viderentur, et quae non probaret, induxit. In quo pessime egit: omnem enim, quae ex lectione antiqua, quaeque ex sua emendatione sint, cognoscendi facultatem lectoribus eripuit.

Igitur in consilium *Hesiodi* cum scholiis iterum edendi coniecto, nuper in itinere literatio princeps cura fuit, *Heinsiana* editionis ex codicibus scriptis, dum veteribus editionibus destituer, emendandae. Sed in Belgio et Anglia agentem aliae curae, Arabicae maxime et Abulfedae, ita alligatum tenebant, ut quod *Hesiodo* impenderem otii nihil contingat. Itaque codices MSS. *Hesiodi* inspicere mihi non licet. Quanquam neque ex libris scriptis, quos servat Bibliotheca Leidensis, et quorun maximam partem, faciunt Franc. Nanji dictata et notae ad *Hesiodum*, multum praesidii exspectabam. Codicum autem Britannicorum varian tes lectiones dedit in editione sua *Robinsonus*.

Neque tamen nihil praesidii ad *Hesiodum* spero ex Britannia. Londini enim quum agerem, Antonii *Aylew*, M. D. Viri longe doctissimi, singulari erga literarum studioflos benevolentiam ego quoque expertus sum, quam non potui, quin hoc loco publice gratus praedicarem. Varios inter et iucun-

iucundos sermones, in quibus multi in primis erant de b.  
*Gessnero*, Viro ipsi amicissimo, et praceptor meo de me  
loage meritis, expono ei consilium meum de *Hesiodo*  
edendo, et magnopere rogo, ut quoconque modo posset,  
meam de Alcraeo vate bene merendi voluntatem iuvaret.  
Tum Vir humanissimus, quem iure merito a b. *Gessnero* φι-  
λανθρωπότατον vocari menini, monstrare mihi veterem *He-*  
*siodi* codicem chartaceum, et opem suam in enotandis variis  
lectiōnibus et scholis, si qua inedita forent, describen-  
dis, prolixè polliceri. Quam codicis collationem quin mihi  
praestiterit sit Vir doctissimus, atque ita ut iam de variis at-  
que optimis Graecis scriptoribus, et nuper de patre poeseos  
*Orpheo*, et de historiae parente *Herodoto*, praecellare meritus  
est, ita etiam de *Hesodo*, elegantissimo poeta, et omnis virtu-  
tis ac sapientiae optimo magistro, sit meritus, nullus equi-  
dem dubito.

Sed Lutetiae Parisiorum (dulce mihi nomen ob dies  
ibi iucunde, nec inutiliter, uti spero, peractos,) ultra duos  
menses sibi *Hesodo* tribui. Ibi vero in Bibliotheca Regia,  
qua nescio an praestantior et optimis quibusque libris abun-  
dans magis in orbe ulla sit, plures *Hesiodi* Codices MSS.  
prae oculis habui, et varietates diligenter enotavi. In quo  
cum grati animi testificatione praedicanda mihi est Virorum  
doctissimorum, qui Regi a Bibliotheca sunt, *Capperonnerii*  
et *Beioti* liberalitas in libris suppeditandis. Sed hos, quos  
dixi, codices, paucis nunc recensabo.

Igitur ille, cuius indicem literam A feci, inter Grae-  
cos codices in 4. est liber chartaceus, saeculo, ut videtur,  
XIII. scriptus, continens (1) *Hesiodi Thragoniam* cum scholi-  
bus quibusdam in marg: (2) *Opera et Dies* cum paucis an-  
notationibus, (μετὰ τῶν ἀποχρεωτέων διλέγων εἰ τῷ μηχανᾷ  
καὶ μετὰ φυλακών/ων). Utraque haec scholia in Catalogo  
inedita dici, valde miror, quum sint excerpta ex *Mojthropi*  
schol-

scholiis. (3) Scholia in *Theogoniam*, ea, quae *Hesiodo* vetera dicuntur, (4) Scholia in *Opera et Dies Moschopuli*, (5) Scholia in *Theogoniam Diaconi*, (6) Procli scholia in ἡγεμονίᾳ ημέρας. (7) *Eustathii* commentarius in loca selecta *Dionysii Periegetae*. (8) Ipse *Dionysius* cum paraphrasi, quae hic, quod in παράδιπτον obserbare liceat, integra est.

Codex 2773, quem litera B. designo, saeculo circiter XIII. in charta dentata scriptus, habet (1) *Hesiodi opera et dies* cum *Moschopuli* scholiis, (2) *Scutum Herculis* cum scholiis, vel paraphrasi potius inedita, nescio an *Moschopuli*, haud contemnenda, sed in versu 41 s. deficiente, (4) Scholia in *Theogoniam* inedita quidem, sed tota allegorica et nullius pretii, (5) *Dionysium Perieg.* cum commentariis inedito. Sed paraphrasis illius, quam nondum evulgatam dixi, et totam eo consilio, ut editioni meae adiicerem, exscripsi, specimen apponam ipsum initium: 'Η Ἀλκμήνη ή σὺν καὶ η Θευμασία καὶ αἰεῖνη η Θυγάτηρ τοῦ Ἡλεκτρύων τοῦ σεβόντος καὶ αἰπεδιώκοντος τὸν λαὸν τῶν πολεμίων, καταλέψασσα τὸν δόμους τοὺς πατρικοὺς καὶ τὴν πατρίδα αἴτης τὴν Τίξινθα, ἥλθεν εἰς τὰς Θήβας εἰς τὸν πολεμικὸν Ἀμφιτρύωνα· οὗτος δὴ ἐνεκαὶ (l. ενίκ.) τὸ γένος παιῶν τῶν γυναικῶν, ἐν Θεωρίᾳ καὶ μεγέθει. κατὰ Φρόνησιν δὴ δικαὶος οὐτῆς τὸς αἴπερ τῶν γυναικῶν τούτων, ἀς οὐνταὶ αἴπερ θυγάτρων ἑγένησαν. καὶ αἴπερ τῆς καὶ θεοῦ καὶ τῆς καφαλῆς οὐτῆς αἴπερ βλεφάρων τε τῶν μελάκων τοῖον καλλος ἔπνεεν, ὅποιον αἴπερ τῆς πολυχρυσου Ἀφεδίτης. Ή δὲ Ἀλκμήνη, καίπερ δύσκαλος ἔμμορφος τοιάντη, ιτίμως τὸν αὐδρανταί τοιάντης, ὥσπερ δικαὶος τὸν ίδιον αὐδρανταί τοιάντης τῶν γυναικῶν. Οὕτως (l. δύτως) μὲν οὐτῆς τὸν αὐδρανταί πατέρας Ἡλεκτρύωνας αἰπέκτενον ισχυρῶς δικαίσσας οὐτῆς τῆς Ἀμφιτρύων, οὐγιοθεῖτε καθέξει τῶν Ἡλεκτρυωνέων θεῶν. καταλέψας δε οὐτῆς τῆς Ἀμφιτρύων τὴν πατέρα-

πατέρες αὐτῶν εἰς Θηβαίς αἰπεῖθαινοι πότεσσε τοὺς Θηβαίους, δέ-  
ξασθαις αὐτὸν ἐν ταῖς Θηβαίς, ὅπου ὁ Ἀρφιτζύνων Κυτίσον δικλασ,  
καὶ κάτω τὸν (Ι. κατόπιν σὸν) τῆμεθασμίχ 'Αλκμήνη χαζίς Φε-  
λότητος καὶ συνουσίας ἐπιδυμητῆς, ὃν γὰς κατελίμπανεν αὐτὸν ὁ  
'Αλκμήνη πασὶ μετ' αὐτῆς πρὸ τοῦ φεύγοντος τοὺς αἰδελφοὺς τούς  
αὐτῆς ἀκτείναντας (Ι. κατοιγυνότους), ὃν γὰς ὑπῆρχεν αὐτῷ δεδυμέ-  
νον πρότερον συνενεπέδηναι τῇ ἐμόρφῳ 'Αλκμήνῃ, πρὶν οὐ μωρή-  
σοι καὶ ἴδιαντος τὸν φονον τῶν αἰδελφῶν τῆς 'Αλκμήνης τῷ  
ἴδιῳ γυναικός.

Codex 2773. cuius siglam feci literam C, membrana-  
ceus, omniumque, quos inspexi, antiquissimus, saeculi ut  
opinor XII., et bonae notae, Hesiodi *Opera et Dies* cum  
*Io. Tzetzes* scholiis complectitur. In fine libri pauca fo-  
lia sunt, in quibus *scutum Herculis* alia manu scriptum legi-  
tur, cum parte scholiorum, quae in editione *Hainiana Tze-  
tzae*, nescio quam vere, tribuuntur. Sed haec mihi pa-  
rum profuerunt: neque enim poema ipsum integrum, et li-  
terarum duetus ita fugientes, ut haud raro oculos meos  
effugerent.

Codex 2072., cui literam D indicem dedi, continet  
primum *Epitetti Enchiridion* cum *Simplicii commentario*, post  
*Tzetzae* scholia in *Hesiodi opera et dies*, quibus inseruntur  
nonnunquam scholia Procli. Codex est chartaceus, et valde  
recens, CCCC circiter annorum, cuius collatio tamen mi-  
hi non inutilis fuit.

Codex 2833., quem litera E notat, praeter alios mi-  
nores poetas habet quoque *Hesiodi* carmina, quae aeta-  
tem tulete; omnia cum scholiis non multis, ex editis ex-  
cerptis. In scuto *Herculis* quedam sunt inedita. Membra-  
naceus liber est, sed recens, saeculo, credo, XIV. et ele-  
gan-

gantissime scriptus, se quod huic plerumque coniunctum est admodum vitoſe. Atque has codices omnes integratos cum *Heiniana* recensione contuli.

Exstant, non ignoro, plures scripti *Hesiodi* codices in illa Bibliothecarum Regina, quorum alios sciens, alios invitatus atque coactus praetermisit. Ex illo genere est Codex 2776, prorsus recens, in quo est integer *Hesiodus* cum perpannis *Meschopuli* scholiis, non ineditis, uti perperam in Catalogo vocantur. Ad *Tzetzae* scholia emendanda aliquando haud parum praesidii expectabam a codice 2780., cui in Catalogo inesse dicuntur scholia illa ab editis multum diversa. Verum unius alteriusque fuit collatio me docebat, non esse haec sola *Tzetzae* scholia, sed cum *Meschopuli* scholiis permixta, neque *Tzetzae* omnia integra, sed varie mutata; multa alii verbis concisius elata, haud pauca omissa, in his omnia in *Hesiodum* et *Proclum* dictionis, et pessimos versus, quos magno numero effudit stultus ille grammaticus, quo nemo unquam doctor ubratici titulo dignior visxit: quasdam etiam notulas grammaticas, nec *Tzetzae*, nec *Meschopuli*, aliunde adiectas. Caeterum codex est chartaceus, ac plane recens.

At hoc perindigne fero, quod mihi non licuerit Codice 2771, uti. In causa erat praeter temporis angustias negligentia, qua confessus est Regiae Bibliothecae Catalogus. Nam post *Opera et Dies Hesiodi*, eiusque poematis interpres, cum Codd. MSS. iam collata, non unus codex mihi currebat, qui in Catalogo *Theogoniae* dicebatur, et erat τὸν θεογόνιον ἔργον. Tum vero ad hoc poema iterum cum his Codicibus conferendum tempus non erat. Atque sic ille, quem modo dixi Codex 2771., in Catalogo pro *Theogonia* cum scholiis *Procli* laudatur, qui nihil, quantum constat, in *Theogoniam* scripsit; sed libro ipso inspecto videbam, esse *Opera et Dies*, cum *Procli* scholiis, nisi quod in primo folio

folio recentioris scripturae sunt *M. Schopuli* scholia. Codex autem antiquissimus est, saeculo, ut videtur, decimo in membra et accurate scriptus, cuius lectiones si mihi aliquando procuraret Vir doctus, officium mihi praestaret longe gratissimum. Atque haec habui de codicibus *Hesiodi* scriptis dicere.

Sed nec silentio involvendum mihi est beneficium, quae me novissime adfecit *H. S. Reimarus*, Vir suminus, quem ob elegantem ac eximiam eruditionem omnemque humanitatem dici vix potest quanti faciam. Ille vero, postquam a me, quid molirer, accepit, his ipsis diebus, quo est in literas amore, humanissime ad me misit *Hesiodi* editionem *Hinjianam* maiorem, cum variis notis atque emendationibus magni illius socii sui, *Fabricii*. De quibus quid faciam, nondum certo constitui. Ea quidem, quae in initio carminum scripsit ὁ πάτερ, maximam partem in *Bibliotheca* eius *Graeca* leguntur: sed caeterae *Fabricianae* animadversiones sint ex parte tantum typis subiiciendas, dubitari potest. Sunt enim, quae tanto Viro, quem auctorem omnium bonarum rerum memini a *Gessero* in scholis vocari, indignae videantur. Et nonnulla a *Fabricio* iuvene scripta, colligo ex diversitate scripturae. Hanc tamen legem mihi faciam, ut omnes maioris momenti annotationes, et emendationes in primis, ipse licet in eas iam inciderim, cum *Fabriciani* nominis mentione exhibeam; atque omni modo bene et in litterarum commodum *Fabricianis* animadversionibus utendo, me gratum pro beneficio Cel. *Reimari* monstrare entar.

Ceterum, qui contra morem civium meorum in *Hesiodo* edendo lente admodum festinare constitui, hoc iam magno studio feci, ac porro faciam, ut ex antiquis scriptoribus, quaecunque reperire possim, verba *Hesioda* colligam, quo cum reliquacum *Hesiodi* numerum maiorem ac platiorem efficiam, tum ipsis carminibus, vel medicinae aliquid, vel lucis affe-

afferam. Quia quidem in re haud parum iuvabor Indicibus *Bibliothecae Graecae Fabricae* infectis. Utar vero, quantum fieri poterit, prioribus scriptorum editionibus, nonnum ad vulgatas *Hesiodi iubēas*, quod in posterioribus haud raro factum est, correctis. Nec minus diligenter adhibebo ipsius *Hesiodi* editiones antiquiores, in primis vero principem *Aldinam* <sup>k)</sup>, quam primum modo ea uti continet, quam prorsus negligisse videntur recentiores editores.

Nihil iam superesse videtur, quam ut operae nostrae in *Hesiodum* collatae, atque emendationum specimina proferamus; verum et tempore et spatio excludimus. Sed hoc nobis videmur vere posse affirmare, vetera ad *Hesiodum* scholia, et *Tzetzae* in primis, infinitis locis ope codicum a nobis esse instaurata. Exspectare vero lectores nostros iubemus, donec veteres *Hesiodi* editiones naēti, et in maiori, quam nunc sumus, subsidiorum copia collocati, exquisitius aliquid ac magis elaboratum proferre possimus.

## GUR-

- k) Initium nempe *Hesiodi* edendi factum est ab *Aldo Manutio*, qui Venetiis a. 1495. (non 1491, ut in *Fabri-  
cii Bibl. Gr.* Vol. I. pag. 382. operarum, credo, vitio  
legitur,) uno maioris formae volumine, cum aliis poe-  
tis Graecis, postremo loco *Hesiodum* edidit. Ipsi qui-  
dem Londini in *Biblioteca Ant. Askew*, V. C. hanc  
editionem praœ oculis habuimus, atque haec in fine  
libri legimus: *Impressum Venetiis characteribus ac stu-  
dio Aldi Manutii, Romani — 1495. mensē Februario.*  
Neque post tam paucos annos repetitam existi-  
mamus.

**GUIDONIS FERRARII S. I. INSCRIPTIO-**  
*nés, Epistolae, Dissertationes.*

Mediolani, 1765. typis Marellianis. Vol. I. pl. 13.  
Vol. II. pl. 18. Vol. III. pl. 18. in 8.

**N**omen Ferrarii iam aliis operibus illustratum est, quae ad historiam Italiae pertinent, nobilitatumque in primis libro, qui res ab Eugenio bello Pannonicō et Italico gestas complectitur. Neque hi, quos indicamus, libri, omnino indigni sunt Viri fama, nisi quod in primo non semper verae eloquentiae regulas observavit, et in reliquis ad minutias delapsus est. Praehxa est libro priori, qui Inscriptiones continet, Io. Baptiste Nogherae S. I. de Inscriptiōnibus commentarius, capitibus XVI. absolutus. In his docet auctor: inscriptio quid sit, qualis esse debeat, quot sint inscriptionum genera, quae sint inscriptiones numariae, quae lapidariae breviores, quae eius generis longiores, quae paullum a stili simplicitate recedant, quae et qualia sint Elo-  
gia, quo aervo sive Inscriptiones, sive Elogia facta sint, qua item auctoritate, publicane an privata, quo modo sint ex-  
plicandae siglae seu notae in inscriptionibus et elogiis, qui sit modus scribendi utraque, quae inscriptionibus suis affinis, ut Senatus consulta, mandata, leges, fasti: qui auctores, in-  
scriptionum omne genus collegerint et illustraverint: quid de inscriptionibus Gallica et Italica lingua exaratis sentien-  
dum sit. Breviter haec omnia exponuntur, nec omnino mal.

Sequuntur inscriptiones ipsae, hoc ordine collocatae,  
ut se invicem excipient opera publica, gratulationes publi-  
cae, adventus publici, pompa funebres, pompa solemnes,  
oppida, fasti, picturae, vota, legata, Epitaphia, privata, seho-  
lastica. Quaedam harum inscriptionum eo consilio scriptae  
fuerunt, ut monumentis certis adderentur. De reliquis  
non

non poterit adscribere verba expressione. „Ususq[ue]damnes fuerint, nescio; relinquebatur enim postulantum arbitrio, ut corrigerent, uterentur, aut feceris, denique, quicquid iis videretur, facerent. Hoc tamen certo scio, Inscriptiones aliquot unice confessas fuisse, ut propositae essent exemplo discipulis, argumento sumto e re nata. Auctor enim multis annos, quod per laterum gratilitatem licuit, rhetoricae docens, discipulos hoc etiam genere exercendos statiebat.“ Ex his enim verbis facile intelligitur, quid de multis harum inscriptionum sentiendum sit. Quod ad reliquias attinet, multo illae meliores sunt, quam exspectavimus, cognitis tot Italorum inepto studio argutiarum captandarum, et ingenio-  
ti ostendandi in inscriptionibus componendis. Adeo plerumque laudabilis brevitas, placet sermo Romanus, non infelici imitatione expressus. Sed fortasse hoc melius patet, additis a nobis aliquot inscriptionum exemplis, licet, commoditatis causa, parvis litteris a nobis exaratis. Prima inscriptio pertinet ad Nosocomium Mediolani exstru-  
ctum:

*Barnabas Vicecomes Med. Dom.*

*Instituit*

*Franciscus Sforzia Vicec. Dux IV.*

*Urbanis omnibus Nosocomis*

*Orphanotrophus Xenodochus*

*Eorumque redditus adiecis*

*Ditavit ampliorumque*

Altera spectat ad cursum in urbis muris patesactum Mediolani:

*Comite Ioanne Luca Pallavicino*

*Gubernante Insubrium*

*In urbis muris*

*Directi anfractus exaequatum solum*

*Pate-*

MENSIS MAI ET IUN. AN MDCCXLIV. 105

*Patefactus Cursus Satas arbore  
Areae et Subcellia ex tempore  
Adorata civibus.*

Tertio titulo Virgini Mariae facillum consecratum est:

*Tibi Salutiferae  
Superum Reginae  
Sacellum possumus  
In oppidi introitum  
Uti tu morbos visos invisasque  
A nobis et frugibus et pecubus arceas.*

Marellius in praefatione aliud quoque Inscriptionum volumen pollicetur, a Ferrario compositarum. „Remuneretur hor te inquit, si quidem licuerit extorquere ab Auctore volumen alterum Inscriptionum, quo per factos perpetuos exhibetur Regnum militare M. Theresiae Augustae, cui etiam Nepotiano stilo et moore audio adieciisse Vitas excellentium Imperatorum, qui postremo hoc bello Reginae Augustae operam praeclaram praestiterunt.“ Felicem praedicabimus auctorem, si Nepotianae orationis suavitatem et elegantiam assequi potuerit, remitteremusque illi lubenter totum, quod minatur, Inscriptionum volumen.

Alien pars complectitur Epistolas XXII, quae ad antiquitates Insubriae pertinent, et *Lettere Lombarde* inscriptae sunt. Sed sunt in iis multa subtilius, quam utiliter, disputata, quaeque adeo parum interest cognosse eum, qui non illarum regionum civis sit. Praeterea etiam non pauca occurunt, quae mox in *tertia* parte repetuntur copiosius. In illa, de antiquis nominibus fluminis Padi, de patria Petri Lombardi, atque in primis de antiquitatibus Novariae agitur. Inde multa proferuntur, quae antiquissimae Novariensi historiae aliquam lucem affundunt.

O

*Tertia*

*Tertia pars habet dissertationes XVI. latino sermone conscriptas, quarum argumentum breviter enarrabimus. In prima auctor de nomine et conditore urbis Novariae expōnit, ita, ut recenseat, qui potissimum urbem a fluvio cognōmine appellatam putent, quae fides habenda sit tabulae Peutingerianaē ostendat, Agoniae fluvio Novariensi nomen a populis Agonibus fuisse doceat, notitiam huius gentis det, addatque, Novarienium urbem primum dīctam esse Ariam, atque paulo post, quia refecta fuerit, Novam Ariam, sive Novariam: Ariae vero nomen fuisse impositum ab Hercule conditore. Argumentum Dissert. II. de Herculis in Insulam adventu huc redit. Hercules non est persona ficta: ex Herculū multitudine orta obscuritas, et ex Graecorum levitate, qui Graecum Herculem variis fabulis deformaverunt: a Graecis Latini acceperunt fabulas, atque hinc magna Alcidis fama per totam Italiam dispersa est: Hercules ferre totus confictus et conflatus est ex Samsonē et Iosua: Monumenta Alcidis Italica fabulosa sunt: Alcides nec venit, nec potuit in Italiam pervenire. Dissert. III. est eiusdem argumenti. Nempe, confutato Huetii systemate, qui, quotquot nomine Herculis insigniti fuerint, Iosuae personam constituere contendit, haec statuuntur. Herculis in Hispania cultus est Phoenicius: cur idem vocetur Aegyptius: non duo sunt Hercules Phoenicīi, ut Vossius existimat: Phoenicius Hercules est aequalis Mōsi: Circa, vel paulo ante Iosuae expeditionem in Palaestinam, Hercules migravit in Africā eum Phoenicibus seu Cananaeis: eur Cananaei Phoeniciorum nomen assumerint, undeque id partum: quamdiu in Africa manerit Cananaeorum nomen: Herculis in Africa monumenta: quo loco Hercules in Hispaniam traiecerit: cur columnas ad fretum statuisse dicatur: a quib⁹ Gaditanum Herculi templum exstructum: Hercules ex Hispania per Gallias in Italiam descendit; non per Graias, sed maritimas Alpes, et per Ligurum fines; adventus eius in Insulam: quae de Herculis Phoenicū expeditione in Italiam tradun-*

traduntur, non minus fidem merentur, quam multa alia: monumenta et coloniae ab Hercule reliquae in Italia. In Diss. IV. agitur de praelii loco inter Marium et Cimbros in agro Novariensi. Omnia sententias de uno eodemque loco convenire ostendit, Raudiusque campus, ignotus Geographis, designatur. Sequitur Diss. V. de Vicecomitatu origine, principatu, propagine. Ab Heriprando, qui florebat a. 1036. in posteros transmissum Vicecomitum cognomen: Heriprandi et Othonis filii virtus: ab Othono coeptum stemma gentilium Anguis infantem evomantis: Guido et Otho II. Othonis I. filius, et Nepos Curte Massini donantur: Ubertus fil. Otho Archiepiscopus Mediolanensis, et Andreottus Uberti filii; Theobaldus, Andreotti filius, Matthaeus Magnus, et Ubertus, auctor propaginis Dominorum Somae filii Theobaldi etc. In Dissert. VI. tractatur idem argumentum de origine Vicecomitum, sive de Ubertina stirpe. In Diss. VII. enarratur origo Angleriarum: in VIII. de aliquot oppidis Verbani lacus, eique fere adiacentibus in ora Novariensi. Oppida sunt: Aroria, Fontanetum, Suna, Palantia, Intratium; sequuntur insulae Borromaeae et lacus S. Iulii. De origine Orobiorum in Diss. IX. et in X. et XI. de Insubrum origine agitur. Opinio auctoris huc redit: *Sumbrum*, oppidum Insubriae antiquissimum, Insubrum innuere originem, quam nemo veterum tradidit. Prise *Iombri* hi populi vocati, quod nomen Umbros inferiores significet: Insubres igitur sunt ex Umbris orti. Umbri vero fuerunt ex primis Italiae incolis, qui in Italiam advenientes in Insubria primum consederunt, et locis flaviisque nomina dederunt, quae postea in Etruriam Umbriamque transierunt. Umbri erant Celtae; hinc in Italiam allata lingua Celtica, atque etiam in latinam linguam transmissa. At vero ex Insubria transcenderunt Umbri in transpadanas regiones, atque in Liguriam, cui nomen Celticum dederunt, e loci natura. Coniectura est, e Liguria Umbros in propinquas Galliae regiones, et in Etruriam se

se explicuisse, usque ad Tiberim; atque ex illis ortos Aborigines. Quae sequuntur quaque dissertationes, continent disputationes de Insubriae late sumpta. Euminibus et Iacubus, de incolis Vallium ad latam Insubriam, pertinentium, de veteri urbe Laude Pompeia, de Marii Gerundo, quo nomine appellabatur antiquus lacus in tractu praeferit Laudensi; de Severini Boetii supplicii loco.

*GODOFREDI HEINSII, MATHEM. IN ACAD.*

*Lipf. Prof. Publ. Ordin. de Eclipsi Solis d. 1. April.*

*1764. Liphae observata Commentatio.*

Rerum uranicarum cultores, qui, data occasione, potius coeli phaenomena pro viribus observare satagunt, saepissime obstacula offendunt, quae studiorum laudabile coercere valent. Paucissimi eam consequuntur felicitatem, qua observatorio prospectus liberi et supellecstile astronomica copiosa instituti observationes commode prosequi possint. Plerisque denegatur eiusmodi felicitas; qui tamen animum idcirco non abiciunt, sed impedimenta ex defectu illorum subsidiorum oblata, quantum vires permittunt, removere allaborant. Interim delectum sic instituendo saepissime fieri solet, ut instrumenta et methodus observandi eligi debent, quae forsan observator non adhibuisset, si clementiores ipsi concessae fuissent conditiones. Similibus angustiis premebar, cum insignis illa Eclipsis Solaris d. 1. April. temp. civil. an. 1764. incidet. Imbecillitas valetudinis, qua adhuc affligebar, observationem Eclipsi ex habitaculo meo instituere exigebat, quod autem situ suo respectu Solis tempore Eclipsi ita comparatym erat, ut plerisque operationibus solummodo per fenestras sub tecto construetas locus concederetur; quam conditionem, ob nimiam Solis super horizonte altitudinem, varia comitabantur in-

commo-

commoda. Sic usus instrumentorum mole laborantibus  
cessabat; atque ad observationem initii et finis Eclipsis fo-  
lummodo Tubus astronomicus 6. ped. adhiberi potuit, cu-  
ius tamen praestantia et distinctissima representatio even-  
tum pollicebatur exoptatissimum. In hoc Tubo est, se-  
cundum mensuram Paris. duodecimalem, distantia lente ob-  
iectiva a lente oculari = 5. ped. 11. dig. 8. nocturne solle-  
cet, quando Solem ope vitri atro colore tincti distinctissime  
conspicere inhiabit; distantia autem socii principalis lepa-  
ris ocularis = 2. dig. 10. lin. sic ut tubus obiecta secun-  
dum diametrum proxime 24. vicibus amplificet.

Hoc instrumento d. 1. April. temp. civil.

Momenta tempore vero

Initiū Eclipsis 10<sup>h</sup>. 6'. 32" ante merid.

Finis 11. 5. 54. post merid.

quoad ipsum Solis et Lunae contactum tanta exactitudine  
consecutus sum, quantam in observationibus eiusmodi, alio  
tempore habitus, vix unquam aequali-mili licuit. Maxima  
coeli serenitas negotium optime iuvabat, quae etiam, per  
plures dies continua, explorationem status duorum horo-  
logiorum oscillatoriorum respectu temporis veri, ope alti-  
tudinum Solis respondentium, bene concessit.

Sic quidem momenta Eclipsis potiora feliciter innotue-  
runt. Ne autem phasium observatio negligetur, si qui-  
dem inservire potuissest aliis Tubis 6. ped. micrometro Kir-  
chiano instructus. Cum autem tum ex constitutione instru-  
menti, tum ex iunctu eius ob nimiam Solis altitudinem  
dispositione, facile praeviderem, errorem fere diuni-  
ni minutū primi circuli maximū evitari vix posse, usū eius  
abfēnui. Surrogavi ergo in locum illius *Machinam teles-*  
*copicam portatilem*, quae scopum proprius attingere pollici-  
tabatur; periculum facturus, quantam exactitudinem in  
dimensione phasium, ope istius sperare licet. Solis imago,

TIO NOVA ACTA ERUDITORUM

quam per Tubum astronomicum vitrum semipellucidum excepiebat, situ erecto, vitro inter Tubum et oculum posito, distincta et bene terminata apparebat, lata secundum diametrum 4. dig. 2<sup>9</sup>. lin. mensurae Paris. duodecimalis. Ut autem Machina, cuius dispositionem, ob nimiam Solis altitudinem, loci conditio nonnihil molestam reddebat, usum communum et expeditum concederet, relinquendo methodum confuetum, qua circulus observatorius in digitos eclipticos divisus adhiberi solet, constitutum fuit, imaginem Solis in vitro semipellucido, machina interim immota, leniter motam prosequi, et ope circini scalaeque geometricae, partim distantiam cornuum, vel chordam defectus, partim latitudinem maximam portionis disci solaris non obscuratae. (Quam partem lucida vocare licet,) in electa eclipsis phasi metiri, pro eo, ut haec vel illa operatio certior videretur. Eiusmodi dimensionibus in primis occupatus erat Vir generosissimus et illustris Dn. de Krge, Serenissimo Electori Saxoniae a Consiliis Camerae per Provincias, qui rogatu meo benevolens mihi succurrere voluit, cum manum, ex adversa valetudine tremulam; ob periculum erroris nimii, admovere ipse non auderem. Ad singulas dimensiones dato signo, Socius tempus horologii (ad tempus solare probati) annotabat respondens, quod numero partium scalae geometricae ex dimensione cognito in Tabula statim adscriptum fuit. Quemadmodum autem dimensiones sic instituta usu carerent, nisi diameter imaginis solaris in vitro semipellucido machinae innotuerit; de ea per partes scalae eiusdem geometricae solite mensuranda diebus 30. et 31. Mart. nec non d. 1. April. omnem operam adhibuimus. Repetitis saepissime operationibus, diameter ista, consensu exoptato, == 365. partibus dictae scalae comprehensa est; ad quam ergo phasum dimensiones tempor comparare licebit.

En Tabulam observationum et dimensionum in membris scalae partibus peractarum, una cum tempore vero unicuique dimensioni respondentem.

Ordo

MENSIS MAI ET IUN. A. MDCCCLXIV. 222

Ordo obser- vationum.	Tempus verum d. x. April. temp. civil. an. 1764.	Distantia	Pars
		ante meridiem	in partibus calae
Initium	10 <sup>h</sup> . 6'. 58".	—	—
1	11. 3	115	—
2	12. 36	137	—
3	14. 13	151	—
4	15. 58	160	—
5	17. 37	—	319
6	19. 27	185	—
7	21. 29	—	296
8	24. 34	218	—
9	26. 24	—	283
10	30. 0	245	—
11	32. 24	—	259
12	38. 46	278	—
13	40. 41	—	225
14	47. 22	—	202
15	58. 24	—	163
16	11 <sup>h</sup> . 1'. 3"	—	151
17	3. 46	327	—
18	7. 43	—	128
19	11. 59	—	111
20	14. 30	—	105
21	17. 0	—	97
22	20. 52	—	83
23	26. 17	—	64
24	28. 44	—	58
25	32. 26	—	57
26	37. 12	—	57
27	40. 48	—	63
28	54. 23	—	99
29	58. 18	—	110
30	0 <sup>h</sup> 1. 25	—	124

## 112 NOVA ACTA ERUDITORUM

31.	o. 19. 34	—	148
32.	15. 11	—	174
33.	21. 38	—	198
34.	24. 93	299	—
35.	26. 21	—	212
36.	32. 39	—	235
37.	33. 49	267	—
38.	42. 41	—	276
39.	43. 51	229	—
40.	45. 24	—	283
41.	49. 15	207	—
42.	50. 25	198	—
43.	51. 27	189	—
44.	52. 44	186	—
45.	54. 6	171	—
46.	55. 17	165	—
47.	57. 21	155	—
48.	59. 3	135	—
49.	1 <sup>h</sup> . 0. 5	126	—
50.	1. 54	109	—
Finis.	i. 5. 31	—	—

Si momenta initii et finis Eclipsis ope machinae helioscop. annotata cum iis compares, quae immediata per Tubum 6. ped. observatio supra docuit, discrepantiam aliquam deprehendes. Initium nempe serius in machina contingit, quam in Tubo; finis autem citius ibi, quam hic. At differunt hoc mirum videri nequit, si expoundatur, quam exacte Tubus momenta ista patefecerit; cum e contrario conditio representationis in machina initium tunc denum sensui subducere potuerit, postquam luna limbum imaginis solaris iam non nihil penetrasset; finem autem indicaverit, cum adhuc limbus lunae cum margine imaginis solaris confunderetur.

Ut

Ut valor partium scalae geometricae in partibus circuli maximi innoteat, diameter imaginis solaris = 365. part. scalae componi tantummodo debet cum diametro Solis apparente, quam *P. Hell.* in Ephemeridibus ad an. 1764. die Eclipsis = 32° 5'' vel 1925'', assignavit. Hoc modo duabus scalae partibus proxime  $10\frac{1}{2}$  secund. respondent; quare, cum errorem, qui forsan in dimensione phasis committi potuisse, duas scalae partes excedere vix suspicari licet, prout examina repetita comprobarunt, praerogativa eiusmodi dimensionis prae usu micrometri Kirchiani supra nominati sufficienter constat.

Expedit iam ex observationibus consignatis methodo plana inquirere in *Tempus obscurationis maxima*. Si durante Eclipsi diameter lunae apparet, quae variabilis alias est secundum diversas altitudines, ad sensum constantis magnitudinis accipiatur, atque semita centri lunae apparet per discum Solis rectilinea statuatur, habebitur tempus obscurationis maxima, sumendo numerum medium arithmeticum proportionalem inter momenta initii et finis Eclipsis. Sic dantur ex observatione ope

Tubi 6. ped.	machinae helios.
Initium 10 <sup>h</sup> . 6' 32"	10 <sup>h</sup> . 6' 58"
Finis 1. 5. 54	1. 5. 31 quare
Obscur. max. 11. 36. 13	11. 36. 14 $\frac{1}{2}$

Si e contrario curvatura semitae centri lunae per discum Solis attendatur, quae ex variabilitate parallaxis secundum altitudines provenire solet: tempus obscurationis maxima nonnihil diversum a iam definito prodire potest, etiam si diameter lunae apparet ad sensum constans retineatur. Et igitur approximando istud tempus proprius cognoscatur, partem semitae curvae lunaris in vicinia obscurationis maxima in star rectas considerare licebit, si modo tempus motus per istam partem tres horae quadrantes non, vel

P non

non multum, excedat. Si enim partes lucidae ante et post obscurationem maximum darentur aequales, ex temporibus adscriptis capiendo medium arithmeticamente proportionale infiniteseret tempus obscurationis maxima. Cum autem raro eiusmodi partes lucidae aequales obtineantur, ad electam partem lucidam ex uno latere obscurationis maxima ope interpolationis quaeri potest respondens aequalis ex altero latere una cum tempore, quod huic convenit; reliqua deinde peraguntur ut ante. Exemplum rem declarabit. Electa sit in observ. 29. pars lucida  $\equiv 110$ . cum adscripto tempore  $11^h. 58'. 18''$ . Quia in obs. 19. tempori  $11^h. 11'. 59''$ , pars lucida  $\equiv 111$ . et in obs. 20. tempori  $11^h. 14'. 30''$ , pars  $\equiv 105$ , respondet; schema calculi hoc erit:

$$\begin{array}{r} 111 \quad - \quad - \quad - \quad - \quad 11^h. 11'. 59'' \\ 110 \quad - \quad - \quad - \quad - \quad - \quad \} x \\ \hline 105 \quad - \quad - \quad - \quad - \quad 11. \quad 14. \quad 30 \\ 6 \qquad \qquad \qquad \qquad \qquad \qquad 0. \quad 2. \quad 31. \quad (= 151'') \end{array}$$

Inferendo iam,  $6:1 \equiv 151 : x$ , dabitur  $x \equiv 25''$ . et inde tempus  $11^h. 12'. 24''$ , quod ad partem lucidam  $\equiv 110$ , ante obscurationem maximum quadrat; quare cum ad partem lucidam assumtam  $\equiv 110$ , post obscur. maxim in pertineat tempus  $11^h. 58'. 18''$ , sumendo medium inoteat tempus obscur. maxima  $\equiv 11^h. 35'. 21''$ . Hoc modo obtinui

ex observ.	Tempus obscur. max,
31. 16. 18 - -	$11^h. 35'. 44''\frac{1}{2}$
30. 18. 19 - -	$11. \quad 35. \quad 9$
29. 19. 20 - -	$11. \quad 35. \quad 21$
28. 20. 21 - -	$11. \quad 35. \quad 23$
medium	$11. \quad 35. \quad 24$
quod ab eo	$11. \quad 35. \quad 13$
Fine Eclipsi. petit.	ex initio et 0. 0. 49 deficit.

Cavet-

Cavendum in eiusmodi deductionibus, ne partes lucidae aequales nimis vicinae ad obscur. maximam accipientur, cum lenta tunc earum mutatio aberrationem notabiliorē producere valeat.

Quoniam tempus obscur. max. inter observationes 25. 26. cedit, quarum utraque partem lucidam  $\equiv$  57. notat; rete sumi potest numerus 57. pro parte lucida minima in obscuratione maxima, quae comparata cum diametro imaginis solaris ( $\equiv$  365.) patescet Quantitatem Eclipsis in dignis et minutis eclipticis  $\equiv$  10. dig. 8. min. fere, ex analogia, 365 : 365 - 57.  $\equiv$  12. dig.: quantitatem quaestam.

Tanta obscuratio concessit dimensionem *diametri disci lunaris* intra imaginem solarem in machina heliosc. conspicuae. Inventa est ista repetito examine  $\equiv$  340. part. scalae, cum statim post diameter imaginis solaris adhuc  $\equiv$  365. part. scalae deprehenderetur, tanta scilicet, quanta ex observationibus d. 30. et 31. Mart. iam innotuerat. Posita, ut supra, diametro Solis appar.  $\equiv$  1925''. circ. max. ex analogia 365 : 340  $\equiv$  1925 : quae, habebitur *diameter lunae apparens*  $\equiv$  1793''.  $\equiv$  29'. 53''. ad altit. 42. grad. circiter alliganda. P. Hell in Ephem. ad an. 1764. p. 7.

$$\begin{aligned} \text{ponit diam. lunae horiz.} & \equiv 29'. 40'' \\ \text{sumto aumento eius ad alt. } 40^\circ & \equiv 0. 19. \text{ invenietur} \\ \text{diam. } \Delta \text{ ex calculo in alt. } 42^\circ & \equiv 29. 59. \end{aligned}$$

6 secund. maior ea, quam observatio docuit. Diminutio haec diam.  $\Delta$ . in Eclipsibus solaribus solennis, nonnihil minor ea, quam alias Tubi immediate monstrare solent, ex hac forsan ratione minor prodit, quod lumen imaginis solaris in machina heliosc. distinctum quidem, sed debile fuerit. Ceterum, ex conservata diametro imaginis solaris circa ob-

116 NOVA ACTA ERUDITORUM

obscur. maximam patet, illam non subiectam fuisse dilatationi, cuiusmodi augmentum in Eclipsi Solis d. 25. Iulii 1748. insigni annotarunt observatores.

*ANALECTA MEDII AEVI AD ILLUSTRANDA  
Iura et Res Germanicas.* Edidit, praefatus est, Summaria praefixit, et Notulas adpersit, D. FRANC. DOMINICUS HAEBERLIN, Seren. Duc. Brunsv. Luncb. Consil. Aul. in Acad. Julia Carolina Helmstad. Anteceffor Primar. Iuris Publ. et Historiar. Prof. P. O. Acad. Bibliothec. Reg. Soc. Scientiar. Goetting. et aliarum Collega externus.

Norimberg. et Lipsiae, impensis Car. Felseckeri  
A. MDCCCLXIII, 2 Alph. 7. pl. in 8.

**N**ullum a renatis inde literis Seculum protrahendorum in lucem monumentorum, quae medii aevi historiam illustrarent, adeo studiorum ac ferax fuit, quam hoc ipsum quod vivimus; et quod maxime exoptatum accidit, Germaniae in primis nostrae, vetustioris illius multisque tenebris obscuratae, res, iura, viri clariores, renovata quodammodo et in vitam reducita horum scriptorum beneficio videntur. Sed in amplissimam hanc messim licet multi iam falcam immiserint, restant tamen non minus copiosa analecta, quae decerpere diligentia virorum doctorum atque intelligentium possit. In horum laudabili consortio nomen hoc tempore profitetur Illustris *Haeberlinus*, historiae patriae consultissimus, editisque libris, non minus eruditis quam utilibus, dudum nobilitatus. Nam cum ipsi benignior fortuna non contempnendum monumentorum eiusmodi,

modi, de quibus diximus, apparatus concesserit, hoc ille nunc agere incipit, ut eius usum ad alios quoque, qui Germanicae historiae amore tenentur, transferat. Ac huic quidem Volumini designationem *primi Tomi* non adiecit; sed spem tamen quam certissimam facit, plures Tomos subssecuturos esse, et alteri cuivis Tomo indicem locupletissimum subiectum iri. Argumentum autem eorum hoc modo instituit moderari, ut praeципue diplomata et chartas alias Seculorum quae decimum sextum antecederunt, proferat; ex hoc tamen ipso Seculo nonnumquam, nexus gratia, nonnullas interspergat. Editurus est etiam Chronica et Scriptores medii aevi, vel ad hunc diem latentes, vel longe emendationes, quam ab aliis excusi sunt, et si nimis prolix sint, varias tantum lectiones in illos suppeditabit. Neque primarias accurati Editoris dotes in hoc viro quisquam desideraverit. Diligenter enim ad singula monumenta annotat, num ex archetypo edantur, an vero ex agrapho. Maximam eorum partem ex autographis ipse descripsit, et quae ex aliis exemplis desumpta sunt, ea saepius cum libris antiquis contulit. Ingenio aut conjecturae nihil omnino in edendo tribuit; ut adeo, si lacunæ quaedam in chartis vetusti sese obtulerint, easdem expresserit, nisi cum ex alia charta similis argumenti expleri possent. Diplomati cuique indicem breviusculum, *Summaria* vocant, praefixit, subinde et animadversiones adiecit, quibus vel orationis genus latinum, quod medio aeo viguit, vel historiam ipsam, vel denique lectionem aliquam impeditam luce perfundit.

Iam quae hoc Tomo continentur, breviter edifferamus. I. Codex variorum diplomatum, chartarum, confederationum, transactionum, etc. res Hanfaticas concernentium. Liber I. Privilegia Regum Angliae, mercatoribus Hansæ Teutonicæ concessa, a Num 1-XXIV. cum appendice quadruplici. Ex Cod. chartaceo mediæ Seculi XV.

Pleraque inedita sunt, et *Rymeri* ipsius diligentiam effugerunt. Faciunt in primis ad confirmanda ea, quae viri docti, *Werdenhagenius* et *Willebrandtius*, de florentissima Hanse Teutonicae Societate mercatoria commentati sunt.

II. *Codex variorum Diplomatum, Chartarum, Confederationum, et aliorum Documentorum, ad illustrandas res Colonenses et Westphalicas, potissimum vero urbis Sufeti, a Num. I LXVI.* Accedit Appendix duplex, continens Statuta Sufatenia latina, tum vetustissima, tum paulo recentiora, pag. 217-532. Haec quoque, si a paucis discolleris, primum nunc in lucem prodeunt. Plurimum ex iis utilitatis capient Historiae Westphalicae in primis studiosi; ne de urbe Sufatensi dicamus, quae mirum quantum iisdem illustratur. De huius urbis antiquitate et celebritate, deque Statutis eius, quaedam lectu digna disputat doctiss. Editor in praefatione.

III. *Farrago miscellaneorum diplomatum, chartarum et documentorum, ad illustrandas res Brunsvico-Luneburgicas, a Num. I-X. pag. 533-568.* Tria horum diplomatum saepius quidem iam edita sunt, sed admodum vitiose merito igitur accuratius hoc loco recusa sunt. Est in his secundum, quod, observante Ill. *Haeberlino*, admonere posuit monumentorum talium editores, ut providam curam omnem in iis describendis adhibeant. Diuturnam litem sustinuit ante paucos annos Ducale Convictorium Academiae Iuliae Carolinae cum Reverendiss. et Seren. Abbe Principe Gadesiensi super decimis in villa Bornhuseni; quaerente hac Abbatia Principali praesidium causae suae in falsa huius diplomaticis pag. 542. lectione, ubi primi editores, *Hahnus* et *Horenbergius*, Viri Clariss. contra fidem authenticí exempli, pro *Bornhusen* substituerant *Burnhyfen*. Sed tandem justa causa, et veritas lectionis, vicit. Verum inter haec diplomata gratissimum in primis historiae patriae amantibus esse

esse debet, quod tertio loco legitur, *Fragmentum Conventionis inter ENGELBERTUM, Episcopum Mindensem, et MAGNUM, DUCEM SAXONIAE:* tanto certe gratius, quo rariores occurunt chartae, a *Ducibus Saxonie Billungianis profectae.* Membranam, cui haec Conventio inscripta est, tegumentum alii Codici praebentem, in Bibliotheca Academiae Helmstadiensis reperit *Io. Ludov. Lewini Gebhardi*, Historici inter nos clari, filius, Codices illos cum Celeb. *Haeberlino* evolvens. Hic tamen, primum esse hoc diploma, inter annos 1070. et 1080. referendum, non existimat, licet apographum, ad hanc aetatem proxime accedens, esse videatur. Dolendum autem est, hanc chartam *Magni* Ducis mancam tantum superesse, ex ea alioquin accurior notitia patrimonii Billungani visurgim hauriri posset. — Dignum etiam est quod commoretur ultimum huius Sectionis III. Documentum, p. 505. *Paulini Chappe*, Consiliarii, Ambasiatoris, et Procuratoris Gener. Sereniss. Regis Cypri, *Litterae indulgentiarum imprefcae*, datae *Gofrido Becker*, Presbytero Verdenfis Dioecesis in Luneborch, A. C. 1455. propterea quod inter prima typographicae artis specimen referendum est, videturque *Gebhardo*, quem supra laudavimus, et qui nuper diem suum obiit, Moguntiae a. 1452. excusum esse, licet annum 1455. prae se ferat. De quo alii iudicent.

IV. *Excerpta quaedam ex Visionibus Godeschalci, e Cod. MS. membranaceo Biblioth. Acad. Helmst. accurate descripta, cum annotatione omisarum, interpolatarum, corruptarum, et visionarum lectionum editionis Leibnitianae Scriptor. Rer. Brunsvic. T. I. Num. LXI. pag. 870 875.* Ex iis, quae primum ex his *Visionibus* hominis fanatici eduntur, nonnihil lucis accipere historia Holsatica potest.

V. *Lectiones variantes, emendationes, et supplementa ad Alberti Stadenfis Chronicon, edit. Reinecciana, Helmstad. 1637.*  
ex


120 NOVA ACTA ERUDITORUM etc.

ex Cod. MS. *Membranaceo Bibliothe. Academ. Helmstad.* Per eam occasionem de ipso Codice Helmst. huius chronicis multa egregie monet Editor Caleb. docetque, eum, si non in ipso Coenobio Mariano Stadensi, certe in Archiepiscopatu Bremensi scriptum, et Seculo XV. in coenobio Ordinis Praedicatorum Lubecensi fuisse. Ipsam lectionum harum collectionem debemus Clar. *Meynio*, Bibliothec. Augustae Guelpherbyt. et Archivi Ducalis Commentariensi, qui eam, desiderante *Scheidio*, magno nuper historicae doctrinae damno mortuo, instituerat.

Succedit denique Index chronologicus diplomatum et chartarum, quae hoc Tomo exhibentur; ex quo insipientibus patebit, antiquissimum in eo diploma esse anni 974. nimurum *Ottonis II. Imp. confirmantis Gerbergae*, Abbatissae Gandesiensi, donationes monasterio S. Mariae in Gandersheim factas, et nonnullas donationes addentis. Neque tandem nobis est, inde a p. 228. plura sigilla aeri inscripta proponi: (in his sigillum *Erici Regis Daniae*, de a. 1232.) digna eruditii spectatoris oculo. His omnibus ill. *Hueberlini* donis grati fruentes, quid aliud optemus, quam ut quae pollicitus est, plura Volumina, brevi subsequantur.



*T. B. I. ad Nov. Act. Erud. A. 1764. Mens. Jul. pag. 121. sequ.*



# NOVA ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsiae*

*Calendis Julii et Aug. Anno MDCCCLXIV.*

*DE MENSTRA SOLIS PARALLAXI SENIS OB-  
SERVARA, Exercitatio Astronomica, habita in Collegio Ro-  
mano Soc. Iesu a PP. eiusdem Societatis, Anno  
MDCCCLXIV.*

Romae, typis Generosi Salomoni, Superiorum permisso.

**M**enstrua Solis Parallaxis, aberratio scilicet motus Solis Tab. I  
ex Lunae actione synodico lunari mense, maiori sal-  
tem ex parte, circumscripta, quam Senis, bonarum artium  
studiis florentissima L. rbe, paucis abhinc annis obseruavimus,  
huius exercitationis argumentum esto.

I.

Parallaxim menstruum Solis unum esse ex Newtonia-  
nae Theoriae conjectariis, neminem latet a). Sie enim Sol  
in S, atque ACPM ellipsis, quam in Copernicana hypothesi ex  
Kepleriana lege describeret punctum C, si massae Telluris  
ac Lunae in eo coalescerent. Intelligatur iam Luna ita se-  
parari a tellure T, atque ad debitam ab ea distantiam re-  
moveri in L, ut C sit commune centrum gravitatis Telluris  
ac Lunae: perget punctum C quam proxime describere eam-  
dem ellipsim. Cum autem Luna circa commune centrum  
gravi-

a) Princ. Matth. lib. 3. Prop. 13.

Q

122 NOVA ACTA ERUDITORUM

gravitatis revolvatur in curva LNO, tellus illi similem curvam TFB circa idem centrum describere cogitur.

II.

Ponatur facilitatis gratia, ex hac separatione nihil turbari motum centri gravitatis, illudque pergere, ut antea, in ellipsi ACPM: Tellus, quae circa illud revolvitur, fiet Satelles Planetae invisibilis, nempe centri gravitatis C, illudque nunc praecedet, nunc subsequetur, pro diversa Lunae positione: praecedet a novilunio ad plenilunium, subsequetur a plenilunio ad novilunium: ex quo fit, ut motus Solis videatur in ellipsi ex centro gravitatis C, non vero ex centro telluris. Ut igitur obtineatur locus Solis geocentricus, aliquid addendum, vel subducendum est a loco Solis viso ex communi centro gravitatis, (quem barocentricum liceat appellare), angulus nempe, quem constituunt rectae SC, ST, ex centro Solis ad centrum gravitatis et telluris ductae.

III.

Verum commune gravitatis centrum Lunae ac telluris ellipsem circa Solem tanquam focum accurate non describit; nam licet singulae terrestris atque lunaris materiae particulae gravitate polleant in reciproca duplicata ratione suae distantiae a Sole, summa tamen gravitatum omnium non est reciproce proportionalis quadrato distantiae centri gravitatis a Sole, et virium directiones non sunt per SC, neque per rectas ipsi parallelas, quanquam ab ea ratione, ac directionibus parum admodum recedatur: hinc motus Solis e communi gravitatis centro visus non est in ellipsi. Ex hac, atque ex superiori causa, quarum utraque ex Lunae actione pendet, illa enim sublata evanescit utraque, confurgit aequatiacula, ad motum Solis accurate obtainendum omnino necessaria, si vera sint a Newtono tradita.

IV.

## IV.

Neque in Copernicana tantum hypothesi locum habet quaesitio, utrum huiusmodi aequatio in Astronomiam sit introducenda: nam si quis contenderet, focum ellipsis a Sole descriptam non locari in centro telluris immobilis, sed in puncto aliquo tellurem inter et Lunam, ac pro diverso trium horum corporum positu subinde turbari Solis ellipsem, rem affirmaret saltem, neque rationi, neque observationibus haec tenus habitis contrariani, ex qua idem prodiret effectus: observationes proinde circa Solem in opportunitate Lunae positionibus essent instituendae, ad hypothesis examinandam. Ut tamen res facilius et clarius percipi possit, eam in Copernicano systemate expendemus.

## V.

Ab Astronomis diu neglecta fuit in suis tabulis haec parallaxis, neque, ut ait Alembertius, in eorum oculos, quod observarent, incurrit a): ex quo satis intelligitur, quantae sit tenuitatis, quantumque inde aequatiunculam observationibus confirmandi difficultas.

## VI.

Iamdiu optabam, ut quis Astronomiae peritus hanc fine arduam provinciam susciperet, mihi enim omni Astronomico suppellectili destituto, res erat inter eas, quae fieri non possunt, adnumeranda. At cum circa Solstium aestivum A. 1754, ut amico morem gerorem, ad observandum

Q. 2

a) Recherches sur le Système du Monde. Paris 1754.  
Tom. II. n. 194. Il ne me paroit pas, que les Astronomes se soient apperçus jusqu' ici d'une telle inégalité, qui donneroit 22" d'équation en tout.

Et n. 196. Cette dernière équation, qui donneroit 22" de différence dans l'équation du centre, paroit avoir jusqu'ici totalement échappé aux Astronomes.

124 NOVA ACTA ERUDITORUM

dum me contulisset in Meridiana linea, quae Senis est in aula Physiocriticorum, a doctissimo atque immortalis famae viro, Pyrrho Gabriellio, eius Academiae conditore, ante annos quinquaginta descripta, praeter expectationem instrumentum ad rem definiendam visum fuit non ineptum. Data igitur mihi humanissime a Physiocriticis aulam frequentandi facultate, pro qua libellum hunc qualecumque perpetuum extare volo grati animi monumentum, observare coepi mensie Augusto. Post triennium ex Frisco didici, Parallaxim hanc, quam investigabam, a Nicolao Caillio fuisse observatam, quin adderetur quidquam praeterea <sup>b)</sup>. Summa perfusus sum voluptate, ut cognovi, meas cum tanti Astronomi observationibus, saltem quoad rem ipsam, cohaere: duorum autem Observatorum consensus, quorum neuter de altero quidquam cogitaverat, in re diverso instrumentorum genere, diversaque methodo, ut coniiciebam, explorata, omnem dubitationi locum mihi paecludebat. Observationes nihilominus per aliud triennium sum prosequutus, quo exacto Senis discessi, ut parallaxi quantitatem, si fieri posset, definirem, atque in re adeo subtili ac delicata mihi plenus satisfacerem. Quandoquidem aliquid ad matem exercitationi subministrandam de more promendum est, eas hic exponere opportunitum duxi, ubi pauca praemo-  
nuero.

VII.

Eulerus menstrua Solis parallaxi primus usus est in suis tabulis Solaribus <sup>c)</sup>, eamque in quadraturis Lunae cum Sole, in quibus maxima est, statuit  $15''$ , ac semper proportionalem sinus distantiae Lunae a proxima Syzygia: tunc autem rationem tantum habuit motus telluris circa communem gravitatis centrum, neglecta altera aequationis parte, utpote minoris momenti: ea vero ex data ratione distantiarum

Lunae

<sup>b)</sup> De Motu diurno Terrae p. 21. Pisii 1756.

<sup>c)</sup> Opusc. Var. Arg. Berolini A. 1746.

Lunae ac Solis a terra, sive parallaxibus horizontalibus Solis et Lunae, ac simul ratione massarum Lunae ac Telluris, facile sic definitur.

Moveatur centrum gravitatis C circa Solem S, sitque Luna L in quadratura cum Sole. Ex ratione rectarum ST, TL, innotescet angulus TSL: cum vero anguli satis exigui TSL, TSC, sint ut rectae TL, TC, eisque sint ex natura centri gravitatis, ut summa massarum Telluris et Lunae ad Lunae massam, in eadem ratione erit angulus TSL ad maximam parallaxim menstruam TSC. Vel inventa ex parallaxi horizontali Lunae recta TL in semidiametris terrestribus, in iisdem ex data massarum ratione determinetur TC: deinde fiat ut semidiameter terrestris ad TC, ita parallaxis horizontalis Solis ad maximum menstruam TSC. Hinc posita distantia Lunae TL semidiametrorum 60, et massa Lunae ad terrestrem ut 1 ad 39, quemadmodum proxime statuit Newtonus, erit TC semidiametrorum  $\frac{1}{4}$ , quare si parallaxis horizontalis Solis fuerit  $10''$ , erit menstrua in quadraturis  $15''$ , ut Eulerus tradidit in suis tabulis.

Pro reliquis Lunae positionibus describatur circa C circulus TtBF, ac posita Lunain t, sit Tellus in t, ducaturque tr perpendicularis CB. Etsi propter Lunae orbitam non circularem Tellus circulum non describat circa C, quia tamen in perexiguis quantitatibus, de quibus agitur, circularis figura omnino insensibiliter aberrat a vera, circulo sine sensibili errore uti possumus. Propter rectas igitur ST, St quam proxime aequales anguli perexigui TSC, tSC, erunt ut TC, tr, id est ut sinus distantiae Lunae a proxima Syzygia.

### VIII.

Verum cum animadverteret, commune gravitatis centrum in ellipsi accurate non moveri, rem iterum examini

Q 3

subie-

## 726 NOVA ACTA ERUDITORUM

subiecit <sup>d)</sup>. Post calculos, quos ipse Eulerus maxime complicatos fatetur, parallaxim rursum statuit proportionalem sini distantiæ Lunæ a proxima Syzygia, maximam vero in quadraturis in triplici determinat hypothesi rationis massæ Lunaris ad terrestrem, nempe 1 : 39, 1 : 49, 1 : 62 : in prima Parallaxis maxima est 20''. 25''; in altera 16''. 38''; in tertia 13''. 14''<sup>e)</sup>, posita ubique Solis Parallaxi horizontali 13'', ac distantia Lunæ a terra semidiametrorum terrestrium 60. Ex his secundae potius adhaerendum censet.

A praecedentibus vix differunt Parallaxes hac secunda methodo determinatae; nam iisdem positis elementis neglectaque turbatione motus centri gravitatis, in prima hypothesi prodit parallaxis maxima 19''. 30''; in secunda 15''. 55''; in tertia 12''. 23'', quae a superioribus discrepant minus quam integro minuto secundo. Turbatio proinde motus centri gravitatis ab Eulero in computum deducta pro insensibili haberi potest.

## IX.

Eamdem materiam tractavit Alembertius <sup>f)</sup>, ac totus in eo est, ut ostendat, in formula, in qua exhibentur variationes motus terrestris ex Lunæ actione, terminos omnes esse intensibiles, praeter unicum, a quo eadem descendit solutio, ac tradita num. 7. Deinde assumptis parallaxi horizontali Solis 15'', distantia Lunæ a Terra semidiametrorum 60, ac massarum ratione 1 : 79, infert maximam parallaxim mensuram 14'' circiter, quam tumen putat sequo maiorem: huius duplum, nempe 22'', est summa ex duabus maximis parallaxibus contrariis, quam Astronomorum oculos ad annum usque 1754 ait effugisse (<sup>g)</sup>). Confirmat haec solutio insen-

<sup>d)</sup> Acad. Petrop. a. 1747. et 1748. pag. 418. Petropoli 1750. <sup>e)</sup> Ibid. §. 13.

<sup>f)</sup> Recherches sur le Système du Monde. Tom. II. n. 194.

insensibilitatem turbationis motus centri gravitatis, quam etiam demonstrat Boscovichius g). Quid simile prae oculis habuisse videtur Newtonus, cum ait, *commune centrum gravitatis Terrae et Lunaे Ellipsin circa Solem in umbilico positionem percurrit, et radio ad Solem ducto areas in eadem temporibus proportionales describit h).*

## X.

Circa eandem terrestris motus inaequalitatem versutus est etiam Clairautius, qui eccentricitatem quoque terrestris orbitae ab aliis neglectam expendit i), atque ex sua generali solutione problematis trium corporum repetit aequationem propter Lunae actionem loco Solis applicandam esse

$$+ 0,005361 \chi \sin. t + 0,001281 \chi \sin. (t+z) \\ - 0,001195 \chi \sin. (t-z)$$

In qua formula  $t$  est distantia media Lunaе a Sole,  $\chi$  anomalia media Solis, coefficientes numerici pendent ab elementis satis certis, eccentricitate nempe orbitae terrestris, motu medio tum Solis, tum Lunaе a Sole, atque huius motu anomalistico: quantitatem vero  $\chi$  ingrediuntur parallaxis horizontalis tum Lunaе, tum Solis, ac ratio inter massas Telluris ac Lunaе: satis proinde incerta est. Politis parallaxi horizontali Solis  $10''$ , Lunaе  $3402''$ , massa lunari ad terrestrem ut  $1$  ad  $40$ , fit  $0,005361 \chi = 14'', 53$ , ex quo per regulam auream reliqui termini definiri possunt. At post transitum Veneris per discum Solis huius parallaxis media deprimenda est ad  $8'', 65$ , mire consentientibus observationibus ii) circa ultimum interiorem contactum, comparatis cum eodem ad Caput Bonae Spei observato, et  $9$  circa totalem

g) Stay Philos. suppl. n. 518.

h) Princ. Math. lib. 3. prop. 23.

i) Com. Acad. Paris. an. 1754. pag. 521. Paris. 1759.

lēm durationem  $k$ ). Imminuta parallaxi horizontali Solis  
minui debent in ratione 1000 ad 86; termini omnes eius  
formulae, quae proinde in hanc convertetur:

$$12'', 57. \sin t + 3'' \sin(t+z) - 2'', 8 \sin(t-z)$$

## XL

Ex iis, quae a praestantissimis hisce viris accepimus,  
quibus in Theoriae atque Analysis peritia præstuleris nemini-  
nem, duo facile est intelligere: primum, vix fieri posse, ut  
aequatio  $20''$  excedat; alterum, infra eum terminum esse  
valde incertam, quod a ratione lunaris massæ ad terre-  
strem non satis comperta oritur, atque a variis circa hori-  
zontalem Solis parallaxim opinionibus; cum enim haec scri-  
bebant, ea multo magis, quam nostris hisce temporibus, in-  
certa erat. Res itaque ad examen per observationes est  
revocanda.

## XII.

In Parisiensis Academiae commentariis ann. 1750  $\text{f}^{\circ}$ )  
integrum habetur opusculum Nicolai Cailii, in quo de me-  
tria Solis Parallaxi agitur per observationes investigandas,  
atque novem exhibentur coniugationum paria, quibus du-  
ctus in suis Astronomicis elementis eam ponit  $10''$ , vel

 $12''$ 

- $\text{k}$ ) Philos. Trans. a. 1762. pag. 611. In Ephemeridi-  
bus an. 1764. a Patre Maximiliano Hell, S. I. Caesa-  
reo Astronomo, Vindobonae vulgatis pag. 220. habe-  
tur tabula, in qua Planmanus, qui congressum Vene-  
ris cum Sole obseruavit Caianenburgi in Finnia, ex-  
hibet Parallaxes Solis ex pluribus observationibus con-  
tactuum Veneris cum eius limbo, eamque statuit in  
ipso transitus momento  $8'', 21$ , adeoque parallaxis me-  
dia fiet  $8'', 33$ . Priorem amplexus sum, propter con-  
sensum observationum duplicitis generis.

$\text{l}$ ) Par. 1754.

$12''m$ ) addita regula a Typographo corrupta, *Utradius est ad finum duplae distantiae Lunae a Sole; ita sunt  $10''$  ad aequationem quaestam;* in qua delenda omnino est vox illa duplae.

At Clairautius in opusculo, de quo meminimus num. 10, coniugationibus novem, quae eadem sunt cum iis, quas modo memoravimus, quatuor quidem, quoad unicam observationem, reliquae vero quoad utramque, alias addidit decem ex observationibus Caillii ad Caput Bonae Spei, et in Insula Borbonia; atque ope suae formulae parallaxim in quadraturis definit, ex prioribus  $6'', 3$ , ex posterioribus  $9'', 9.$  ex omnibus medium  $8'', 2$ : quia vero has illis praestare arbitratur, eam ultimo statuit  $8'', 7.$  Post haec parallaxim minuit ipse Caillius, eamque posuit in Astronomia n)  $8'', 5$ , at in Tabulis o)  $7'', 7$ ; quibus rationibus ductus adeo minuit, me prorsus latet.

Haec sunt, quae reperire mihi licuit: omnia vero, dum observarem, me latuerunt, praeter Euleri solares tabulas, atque Caillii Astronomiam: magno enim studiorum detimento sero admodum in nostras regiones huiusmodi libri deferuntur.

#### XIII.

Methodus parallaxim hanc observandi duplex esse potest, longitudines nempe Solis, vel distantias eius a vertice investigando, dum Luna est circa utramque quadraturam. Observetur longitudine Solis S, dum Luna est v. g. in prima quadratura in L, ductisque per S rectis, TD, CM, longitudine Solis geocentrica excedet barocentricam angulo MSD, qui aequatur parallaxi TSC: translato deinde centro gravitatis in c, ac Luna in alteram quadraturam in  $\lambda$ , ductisque

ut

m) § 759. Parif. 1755. n) § 759. Parif. 1761.  
o) Parif. 1758.

R

ut antea rectis  $\tau d$ ,  $cw$ , longitudo geocentrica deficiet a barycentrica angulo  $mSc$ , sive  $\tau Sc$ . Sol itaque a prima ad alteram quadraturam minus in longitudinem promotus videbitur ex Tellure, quam ex centro gravitatis. Oppositum contingere, si prima observatio instituta fuisset in secunda quadratura. Ex accurioribus tabulis, in quibus nulla mensurae Parallaxis habeatur ratio, vel illa omissa, investigetur differentia inter longitudines Solis tempore observationum, eaque addatur longitudini primo observatae, et siquidem nullus fuerit tum in computo, tum in observationibus error, longitudo Solis ex computo, atque ex prima observatione excedet longitudinem secundo observatam in primo casu, deficiet in altero: excessus, vel defectus, erit summa angularium, id est parallaxum TSC,  $\tau Sc$ . Hac methodo usus est Caillius, apud quem fuse exposita videri potest.

Altera methodus ex priori descendit: variata enim longitudine Solis variatur et declinatio, atque hinc meridiana Solis a vertice distantia: haec proinde observata in una quadratura augeatur, vel minuatur, prout tabulae docent, ad obtinendam distantiam in altera quadratura; huius differentia ab observata erit summa parallaxum in declinationem, a qua erui poterit parallaxis in longitudinem. Verum satis lubrica est haec methodus, nisi plurimae adhibeantur cautions: qua ratione me gesserim, intelligetur, postquam indicavero, in quo Senensis meridiana praestet, in quo deficiat.

## XIV.

Ex plurimis observationibus circa Solstitium aestivum, et paucis aliquot circa hyemale, per sexennium illud competri, binarum observationum errores  $10''$  concludi: nam Solsticiales altitudines ex singulis observationibus circa idem Solstitium eratae nunquam inter se discreparunt magis, quam  $10''$ . In hoc quidem singulare aliquid mihi videtur habere Senensis meridiana, quod neque in Bononiensi, neque in Roma.

Romana est reperire, licet illa sit quadruplo circiter, haec triplex maior; nam in Bononiensi anno 1729. occurunt observationes die 20. ac 21 Junii, ex quibus Solsticiales altitudes prodeunt 34" discrepantes p): in Romana vero anno 1702 occurrit disserimen 28" inter altitudes Solsticiales ex observationibus d. 18. et 24 Junii q), atque in neutra defunt differentiae 10" maiores. Quin et altissimum Gnomonem Florentinum 15 fere partibus maiorem hac in re proprium aequat: etenim ex observationibus d. 20. et 24. Junii ann. 1756, quae aere sereno ac tranquillo habitae sunt, ac certae notantur, duplex prodit Eclipticae obliquitas discrepans 9" r).

Adeo mira mihi videtur haec Senensis meridianae proprietas, ut mihi ipsi vix crederem, nisi aptae occurrerent caussae. Ceteris omisis praecipuam arbitror foraminis amplitudinem: eius diameter in Bononiensi ac Romana aequat millesimam radii partem, in Florentina millesimam octingentesimam, at in nostra quatuor millesimas. Imago scilicet Solis, propter maiorem luminis copiam, multo vividior in suis limitibus, est minus incerta.

Praetereundum tamen non est, extra Solstitia errorum limites esse aliquanto ampliores, quod et in aliis Gnomonibus accidere video, sive id oriatur ex elementis, quae ad observationes comparandas in computo posita, vel neglegta fuere, sive ex aliis caussis; nunquam enim defunt, quae exiguae quantitates clam adiciant, vel detrahant.

Neque in marmoribus, neque in virga ferrea, in qua meridiana linea consignata est, neque in laminae positione

R 2

per

p) Manfr. de Gnom. Bon. cap. 15.

q) Blanch. Astr. obs. pag. 27.

r) Ximenes del Gnom. Fiorent. pag. 305, 307, 319.

per foramen Solarem radium trahiens, aut marmore, cui cochlearum ope illa est commissa, sensibilis appetet luxatio.

## XV.

Sua tamen illi non desunt vitiæ, quibus nullum hujusmodi instrumentum, præfertim post longum a prima constructione annorum intervallum, carere arbitror. Perpendiculum ab initio lineæ aliquantulum deflebit; circa horizontalem vero in plano meridiani positionem illud statuere possum, ab ea parum admodum aberrare; de his vero multum non fui sollicitus; nam methodus, qua uti decreveram, ab iis vitiis depravari non poterat, nisi forent enormia, quæ certe non sunt.

Illud unice mihi diligentissime præstandum fuit, ut lineæ divisionem corrigerem, quam sensibiliter inaequalem animadverti. Vix ullum est instrumentum adeo accurate divisum, ut examini subiectum correctione nulla indigere deprehendatur. Neque in hoc accusandus est Gabriellius, qui cum sexagenarius esset, ac pluribus aliis curis distentus, (medicinam enim tanta cum laude profitebatur, ut etiam nunc in omnium ore versetur,) alienæ diligentiae nonnulla committere coactus fuit. Circino itaque virga instructo, cui micrometrum erat adnexum, bis distantiam inter proxima quaeque puncta metitus sum, atque excessum, vel defectum a centesima radii parte, quam etiam diligenter examinaveram, ad futuros usus in tabellam retuli.

## XVI.

Ex hac meridianæ lineæ descriptione illud facile intelligitur, ad vitandos errores, qui ex eius vitiis manare possunt, observandas fuisse distantias Solis a vertice, cum Sol versaretur circa idem meridianæ punctum, easque solas inter se comparandas; ita enim fit, ut errores, qui ex depravato instrumento oriri possunt, vel omnino de medio tollan-

tollantur, vel minuantur plurimum. Sumptis enim tangentibus ex eodem meridianae puncto, quantum ex enumeratis vitiis illae augmentur in una observatione, tantundem fere augmentur in altera: differentia proinde inter observatas distantias a vertice, cuius solum hic habenda est ratio, eadem fere omnino est, ac si in accuratissimo instrumento suisset observata. Quod si contigerit, in secunda observatione tangentes metiri non ex eodem puncto, ac in prima, sed ex alterutro ex proximis, cognito divisionis errore, facile erit et ipsam observationem corrigere. Hinc aliquando factum est, ut in tabula prima eidem diei duplex adscripta sit distantia Solis a vertice, una quidem sumptis tangentibus ex uno punto, altera vero ex altero, prout comparandae observations requirunt.

## XVII.

At praeterea curandum est, ut observations mutuo comparandae fiant circa oppositas Lunae quadraturas. Hinc primo in mentem venit observationibus, uti integro quadriennio distantibus; nam Sole ad idem fere Eclipticae punctum post quadriennium redeunte, Luna ad locum priori circiter oppositum transit; adeoque si prima observatio fiat circa unam quadraturam, altera continget circa alteram. Sed terruit diurnitas temporis, quae plura opponere potuisse impedimenta, quibus observationum series abrumperetur. Statui proinde observations comparare integro tantum anno, vel communi, vel bissexili distantes; nam licet summa maximarum Parallaxium non obtineatur, ad eam tamen licet accedere.

Illud hic habetur utilitatis, ut parallaxis altitudinis, et refractio negligi possint, neque multum timendum sit ab huius inconstancia, cuius quoque vitandae gratia statueram uti solis observationibus, supra quadragesimum altitudinis gradum; sed casu factum est, ut omnes exceferint quadragesimum quartum. Si quid etiam in Apogaei longitudine,

R 3

vel

vel aequatione maxima centri Solis, vel Eclipticae obliquitate in tabulis erratum est, redeunte Sole ad eundem fere anomaliae atque Eclipticae punctum, error in declinatio-  
nis differentia fit prorsus insensibilis.

Cum summam rei subtilitatem intelligerem, nihil eorum omisi, quae ad accurate observandum hoc in genere adhiberi solent; illud praefertim praecavens, ne mens in eam cogitationem descenderet, utrum maior, an minor distantia Solis a vertice in data observatione parallaxi faveret, ne aliqua in alterutram sententiam animi propensio oculorum iudicium secum abriperet.

## XVIII.

Observationes omnes Coelo ac Sole fatis claro habitas, dubiis tamen, atque incertis reiectis, ex quibus sensibiliis aliqua parallaxis derivari possit, in primam tabulam retulii, in qua etiam consignavi elementa calculi instituendi ad eam ex observationibus determinandam. In prima tabulae columna habetur observationum ordo: in secunda menses ac dies: in tertia meridianae puncta, ex quibus tangentes utriusque limbi desumptae sunt: in quarta distantiae apparentes centri Solis a vertice ex observatione, prout eas Gnomon exhibit: in quinta longitudo Solis ex Ephemeridibus Bononiensibus meridiei medio congruens: in sexta aequatio longitudini Solis applicanda, de qua mox dicam: in septima longitudines Solis per eam aequationem correctas, omissis signis, et gradibus, petendis ex columna quinta, ad breviorem formam tabulae conciliandam: in octava distan-  
tia media Solis a Luna: in nona anomalia media Solis. Quod ad aequationem columnae sextae attinet, ea desumpta est ex tabulis Caillii: nam licet longitudines Solis computatae sint ex optimis tabulis Patris Nicasii Grammatici, quia tam in iis habetur ratio solius aequationis centri, corrigendas duxi per tres aequatjunculas, inaequalis nempe praecellio-

cessioneis aequinoctiorum, ac turbationis motus telluris ex actionibus Iovis ac Veneris, quarum summam in columna sexta consignavi, neglecta quadam secundae aequatiunculae parte, quae, praeterquam quod est satis exigua, parallaxi menstruam nunc auget, nunc minuit.

## XIX.

Antequam ad ipsam observationum comparationem accedo, animadvertisendum, quod si Sol versetur in signis ascendentibus, ac prima observatio habeatur circa primam quadraturam, parallaxis auget distantiam Solis a vertice in secunda observatione: id est, si ex data longitudine correcta in utraque observatione inveniatur differentia declinationis, eaque addatur distantiae Solis a vertice primo observatae, vel subducatur, prout secunda longitudine minor vel maior est prima, prodibit distantia Solis a vertice post annum observanda: a Parallaxi autem menstrua fiet, ut ea distantia in secunda observatione aliquanto maior deprehendatur. Si alterutra tantum ex hisce duabus conditionibus in contraria mutetur, parallaxis minuit distantiam, si utraque, rursus auget: prorsus ut in multiplicatione, in qua eadem signa positivam quantitatem procreant, diversa negativam. Ex doctrina sphaerica, et motus Solaris, haec facile patent.

## XX.

In distantiis Solis a vertice comparandis haec servavi.

Primum, eas observationes selegi diebus 365, vel 366 distantes, quibus idem adscriptum est meridianae punctum.

Secundum, ex longitudine media Solis inter correctas, quae utriusque observationi congruunt, angulum Eclipticæ cum parallelo Aequatoris determinavi;

Tertium,

Tertium, ex eo angulo differentiam declinationis sequenti analogia inveni; ut radius ad finum arguli eclipticae cum parallelo, ita differentia longitudinis ad differentiam declinationis.

Quartum, inventam declinationis differentiam distantiae Solis a vertice in prima observatione adieci, vel ab eadem subduxo, ut Solis motus postulabat.

Quintum, distantiam ex prima observatione, et compuso, comparavi cum distantia in secunda observatione; nam remotis erroribus differentia est summa parallaxum Solis in declinationem in prima et secunda observatione. Exemplum rem clarius ostendet.

Invenienda sit summa parallaxum die 8. Aug. ann. 1754. ac die 9. Aug. ann. 1755.

Longitudo media Solis inter adscriptas hisce diebus est Sign. 4. 16. 2', cui congruit angulus eclipticae cum parallelo Gr. 17. 22', ac longitudinum differentia est 2633'', cuius logarithmus = 3. 42045

$$\text{Log. Sin. } 17. 22' = 9. 47492$$

$$\text{Summa} = 12. 89537$$

cui facta subtractione Logarithmi radii respondent 786'' = 13'. 6'' addenda distantiae Solis a vertice primo observatae, quae proinde ex prima observatione, et computo, erit Gr. 27. 23'. 8'' deficiens a distantia secundo observata 20'', quae certificavit summam quaesitam parallaxum.

In primam tabulae secundae partem eas coniugationes conieci, in quibus effectus parallaxis est augere distantiam Solis a vertice in secunda observatione: in alteram vero eiusdem tabulae partem eas, in quibus distantia minitur. In prima Tabulae columna occurrit coniugationum ordo;

ordo; in secunda observationes, quae singulas coniugationes constituant; in tertia angulus eclipticae cum parallelo aequatoris; in quarta differentia declinationis distantiae a vertice primo observatae addenda, vel subducenda, prout notatur signo +, vel —; in quinta distantia Solis a vertice primo observata augēta, vel imminuta differentia declinationis; in sexta distantia Solis a vertice secundo observata; in septima differentia inter utramque notata signo +, si parallaxi faveat, at signo —, si contraria sit.

## XXI.

Ex hac tabula facile est haec colligere: primum, coniugationes 49 parallaxi favere, tantum 19 esse contrarias; alterum, ex illis 24 excedere 7", ex istis nullam; tertium, priorum summam esse 360", posteriorum 57".

Tantum inter haec discriminem ex fortuitis erroribus oriri non posse, manifestum est: rem autem omnem attente perpendenti etiam illud patebit, nullam errorem esse caussam, vel in observationibus, vel in instrumento, vel in computo, quae ut plurimum quid parallaxi simile parere possit: est quidem caussa, quae illam fero perpetuo minuit, de qua dicam num. 23, atque aliae praeterea sunt, quae distantiam Solis a vertice augere possunt in una coniugatione serie; at eadem illae minuunt in altera: huiusmodi praesertim sunt obliquitatis eclipticae variatio, et motus aliquis in Gnomone inter unam et alteram observationem.

Ea fuerit utraque caussa, et si quae sunt aliae, ut reliquis omnibus remotis distantiam Solis a vertice auxerint, dum parallaxis eam augere debet: in sequenti Lunatione, in qua parallaxis distantiam minuit, augebunt item; non enim facile brevi temporis spatio in contrarias mutantur: quare si cum parallaxi conspirarunt in una observationum coniugatione, eidem contrariae debuerunt esse in altera:

S

cum

cum vero unius seriei coniugationes coniugationibus alterius intermixtae sint, augmentum imminutione compensari debuit, vel saltem multo minus esse, quam doceant observationes. Motus autem huiusmodi fingere, ut in copiosa eamdem serie ad plures annos producta distantiam Solis a vertice plerumque auxerint, vel minuerint, ut parallaxis requirit, rem esset omnino prodigio similem comminisci.

## XXII.

Etsi haec parallaxim monstruam mihi omnino demonstrarent, ad eius tamen magnitudinem accurate definitam aequa apta non esse video, propter nimiam errorum evagationem, atque unius seriei discrepantiam ab altera. Expriri nihilominus volui, quid ex iis prodiret, sperans, observationum copiam, atque annorum sex intervallum singularem defectibus mederi posse. In hac autem investigatione usus sum regula falsae positionis: ex arbitraria nimirum parallaxi eam in singulis observationum paribus definiti; deinde ex summa parallaxium omnium, ex computo, atque eamdem summa ex observatione, per regulam auream veniam determinavi.

Utendum hac in re censui formula Clairautii traditam. 10, quia rem videtur expendisse omnium curatissime: eam tamen in hanc converti  $12''$ , 57 Sin.  $t+2''$ , 9 Sin.  $(t+z) - z''$ , 9 Sin.  $(t-z)$ , ut eadem tabula inveniendo secundo ac tertio termino inservire posset, quod computum expeditiorem reddit, nec ullius momenti parit errorem: Summam duarum parallaxium in longitudinem, quae semper contrariae sunt, minui in ratione radii ad finum anguli eclipticae cum parallelo, ut obtinerem summam parallaxium in declinationem. Utrumque summarum genus continet Tabula tertia.

## XXIII.

## XXIII.

In prima coniugationum serie summa parallaxium omnium ex observatione est  $71''$ , ex compute  $210''$ , 6, in secunda ex observatione  $232''$ , ex computo  $285''$ , 8, quod ostendit, constantes formulae quantitates esse minuendas. Antequam tamen id fiat, primo reiiciatur coniugatio 29, quae a reliquis omnibus plus aequo aberrat, et summa parallaxium in secunda serie fiet ex observatione  $213''$ , ex computo  $277''$ , 2: secundo corrigendus est error quidam propter latitudinem Lunae in computo neglegtam; molestissimum enim fuisset in singulis coniugationibus eius rationem habere.

## XXIV.

Hactenus centra Telluris, Lunae, et gravitatis, in eadem plano cum centro Solis, sive in ecliptica, posuimus: at cum Luna in illius plano non revolvatur, neque curva a Tellure descripta circa commune centrum gravitatis iacet in ecliptica, quam ipsum centrum percurrit, sed extra illam vagatur nunc ad Boream, nunc ad Austrum: ex quo fit, ut Sole Tellure visus extra eclipticam appareat, ac latitudinem aliquam acquirat, quod ante Newtoni theoriam nefas fuisset pronuntiare. Quid iam in computum hinc manaverit, expendamus.

Mutuo comparentur observationes, in quibus parallaxis auget distantiam Solis a vertice, atque in prima observatione Luna latitudinem habeat australem; Tellus acquirit latitudinem borealem, adeoque Solem videt cum latitudine australi, id est ceteris paribus magis distantem a vertice, quam si tellus in ipsa ecliptica iaceret. In secunda observatione post annum Luna latitudinem habeat borealem, ut plerumque contingere debet; Tellus in hemisphaerio australi depresso Solem conspiciet cum latitudine boreali, adeoque vertici propiorem. Ab una itaque observatione ad alteram a latitudine Lunae minutur distantia Solis a vertice, dum ex alia parte augetur; eaque imminutio aequatur angulo,

gulo, sub quo e Sole videretur summa contriarum latitudinum Telluris. Hinc intelligitur latitudinis lunaris effectus in reliquis circumstantiis.

Ea fuit per sex hosce annos nodorum Lunae positio, ut fere semper in nostris observationibus eius latitudo effectum praestiterit parallaxi contrarium: ea diminutio negligenda omnino non erat, sed eius habenda ratio fuisset in computanda summa parallaxum in singulis coniugationibus, quod cum praetermissum fuerit ea de causa, quam dixi, nunc errorem sic corrigo.

## XXV.

Ex ephemeridibus Bononiensibus excerpsti summam duarum latitudinum Lunae in singulis observationum partibus, cum erant contrariae, differentiam, cum eiusdem erant nominis. In prima coniugationum serie summa latitudinum omnium parallaxim minuentium, subducta summa, quae auget, fuit gr. 123, qua divisa per 27 numerum coniugationum obtinentur gr. 4, 33', qui sunt summa media duarum latitudinum Lunae, adeoque et Telluris ex gravitatis centro visae, minuentium parallaxim in singulis coniugationibus. Radius circuli a Tellure circa centrum gravitatis descripti in Clairautii solutione est paulo maior coeffiente primi termini eius formulae, nempe 12'', 8: fiat proinde ut radius ad sin. 4. 33' = 793, ita 12'', 8 ad 1'', 02 parallaxim in latitudinem; quam, ut reducerem ad circulum declinationis, inveni angulum medium eclipticae cum parallelo gr. 21. 3': fiat proinde, ut radius ad col. 21. 3' = 933, ita 1'', 02 ad 0', 95, quibus minuendas sunt singulæ parallaxum summae ex computo in prima coniugationum serie. Omnia itaque summa minuenda est 27 + 0'', 95 = 25'', 6, adeoque summa parallaxum omnium ex computo erit tantum 188''.

In

In secunda coniugationum serie summa latitudinum omnium parallaxim minuentium, subducta summa quae aget, fuit gr. 121, qua divisa per 34 numerum coniugationum, (una enim reiecta fuit), erit summa media 3. 34', cuius sinus est 622, ex quo per superiorem analogiam eruitur parallaxis in latitudinem 0'', 8. Angulus medius eclipticae cum parallelo fuit gr. 22. 1': erit itaque ut radius ad cos. 22. 1' = 927, ita 0'', 8 ad 0'', 74, subducenda a singulis parallaxibus in tabula notatis. Summa igitur omnium minuenda est 34+0'', 74=35'', 2, adeoque summa parallaxum omnium ex computo erit 252''.

## XXVI.

Correctis summis fiat in prima serie, ut 185'' summa parallaxum ex computo ad 71'' summam ex observatione, ita 12''. 57 quantitas constans assumpta primi termini in Clairautii formula ad 4'', 82 quantitatem constantem substituendam. At in secunda serie fiat, ut 252'' ad 213, ita 12'', 57 ad 10'', 62 pariter in eodem termino substituenda: medium inter utrumque est 7'', 72.

## XXVII.

Praetereundum silentio non est insigne discrimen 5'', 8 inter utriusque seriei consecutiones, quod partim ex variata eclipticae obliquitate proficiscitur, partim ex motu Gnomonis. Ex Caillii Tabulis a prima Iulii A. 1754 ad primam eiusdem mensis A. 1760, aucta illa est 8'': in nostris autem regionibus augmentum obliquitatis minuit distantiam Solis a vertice, cum ille in signis borealibus versatur: quare cum in omnibus fore observationibus Sol borealia signa occupaverit, variata eclipticas obliquitas cum parallaxi conspiravit, quando haec minuere debuit distantiam Solis a vertice, id est in coniugationibus secundae seriei; at illi contraria fuit in prima; hinc ex parte maiores prodierunt parallaxes in secunda, quam in prima serie.

Ex rudi computo inveni, ab huiusmodi cauffa gigni debuisse differentiam circiter  $3''$ : quod reliquum est, ex motu Gnomonis profectum fuit; etenim ex observationibus circa Solitium aestivum cognovi, in eo distantias Solis a vertice post annum 1754 aliquanto minores fuisse, quam postulet variata eclipticæ obliquitas. Igitur et ipse Gnomon aliquid contulit ad parallaxes minuendas in prima serie, atque augendas in altera, adeoque ad differentiam parallaxium, quae ex utraque consequuntur, omnino augendam. Aliae fortasse non defunt caussæ, quae idem praestiterint, vel etiam differentiam, de qua loquimur, ab hisce duabus ultra  $6''$  augmentam minuerint. Primæ haberi potuisset ratio in computo, quod cum fieri non potuerit in secunda, ac multo minus in reliquis, ab inutili labore abstinentem censui.

## XXVIII.

Mens erat observationes mutuo conferre quadriennio distantes; sed cum animadverterim, et multas non esse, et ferre omnes ex iis, in quibus parallaxis minuit distantiam Solis a vertice in secunda observatione, ab ulteriori labore cessavi: qui enim errores ex motu Gnomonis in locupletiore coniugationum serio profecti sunt, contrariis in altera satis inope destrui facile non potuissent.

## XXIX.

Industriam hanc nostram, quam organorum notæ melioris inopia peperit, cum spe quadam coniuncta fore, ut parallaxi potirer duplo maiore, si licet in commune conferre cum laboribus Caillii, atque Clairautii, in quadraturis ea statui poterit  $8''$ , 2, quæ media est inter nostram (26) et eam, quam ex illius observationibus hic probabilius coniequi putavit (12), in quo tamen istius sensus adoptandos conseqo s).

Ad

s) J'avouerai cependant, que je ne suis que mediocrement attaché à ma determination présente. Clair. Mem. de l'an. 1754. pag. 559.

Ad eam maxime accessissim, si summis parallaxi...i omnium suis usus, nulla dupliceis seriei habita ratione; nam produiissent 8'', 17.

Hinc parallaxis menstruae formula haec erit  
 $8'' \cdot 2 \text{ Sin. } t+1'' \cdot 96 \text{ Sin. } (t+z) - 1 \cdot 83 \text{ Sin. } (t-z)$ ,  
 sive commodius  
 $8'', 2 \text{ Sin. } t+1'' \cdot 89 \text{ Sin. } (t+z) - 1'', 89 \text{ Sin. } (t-z)$ ,  
 ex qua construi poterit gemina tabula ad eam ex datis, distan-  
 tia Lunae a Sole, atque huius anomalia, expedite invenien-  
 dain.

## XXX.

Cum ex parallaxi menstrua ratio lunaris massa ad ter-  
 restrem sua sponte fluat, eam hic breviter innuam. In super-  
 iori formula lunaris massa proportionalis est singulorum  
 terminorum coefficientibus, sive quantitatibus constantibus,  
 si reliqua omnia eadem ponantur: at ex assumpto coeffi-  
 ciente primi termini 12'', 57 massa lunaris esset quadra-  
 ginta Telluris pars (10): fiat itaque, ut assumpta quantitas  
 constans 12'', 57 ad inventam 8'', 2, ita Lunae massa illi con-  
 gruens 1 : 40 ad veram 8'', 2 : 40 + 12'', 57 = 1 : 61, 2.  
 Erit igitur massa lunaris ad terrestrem, ut 1 ad 61 quam  
 proxime, quae ratio media circiter est inter eas quae cir-  
 cumferuntur.

Iam illud unice hic mihi supereft, ut nostrae Physiocri-  
 torum Academiae de Gnomone gratuler, qui licet pedes  
 Parisienses undeviginti non sequent, menstruae tamen paral-  
 laxi Solis demonstrandae par fuerit, in eius vero magnitudi-  
 ne definienda non admodum, ut mihi quidem videtur, a ve-  
 ritate aberzaverat.

## TABU.

**T A B U L A I.**  
 APPARENTES MERIDIANAE DISTANTIAE  
 SOLIS A VERTICE  
 ATQUE ELEMENTA CALCULI  
ad menstruam parallaxim inveniendam.

*ad beatitudinem paternitatem invenientiam.*

1754.

1754.										
Obser.	Dies	Mer. Pan.	Distantiae Sol. a Vert.	Longitude Solis.	Correct.	Long. Soli corr.	Dif. L. & S.	A.M. Solis.		
	Aug.	G.	S.G.	S. G.	"	"	G.	G.		
1	8	51	27. 10. 2	4. 15. 40. 42	— 10	40. 32	240	38		
2	10	53	27. 45. 6	4. 17. 35. 52	— 9	35. 43	265	40		
3	11	53	28. 2. 46	4. 18. 33. 30	— 9	33. 21	277	41		
4	12	54	28. 20. 34	4. 19. 31. 10	— 8	31. 2	289	42		
5	24	63	32. 13. 37	5. 1. 4. 46	— 4	4. 42	76	54		
6	25	64	32. 34. 14	5. 2. 2. 43	— 4	2. 39	88	55		
7	28	66	33. 37. 10	5. 4. 56. 48	— 2	56. 46	124	58		
8	29	67	33. 58. 23	5. 5. 54. 52	— 2	54. 50	136	59		
	Sept.									
9	9	78	38. 1. 12	5. 16. 35. 32	+ 2	35. 34	271	70		
10	25	97	44. 12. 47	6. 2. 14. 10	+ 8	14. 18	106	86		
11	26	99	44. 36. 6	6. 3. 13. 6	+ 8	13. 14	118	86		
12	27	100	44. 59. 50	6. 4. 12. 5	+ 8	12. 13	130	87		
13	29	103	45. 46. 33	6. 6. 10. 7	+ 9	10. 16	154	89		
1755.										
	Apr.									
14	4	77	37. 39. 5	0. 14. 21. 11	— 5	21. 6	274	274		
	Aug.									
15	9	51	27. 23. 18	4. 16. 24. 19	+ 6	24. 25	22	39		
16	11	53	27. 58. 31	4. 18. 19. 33	+ 6	19. 39	47	41		
17	12	53	28. 16. 23	4. 19. 17. 12	+ 6	17. 18	59	43		
18	12	54	28. 16. 23							
19	16	57	29. 30. 15	4. 23. 7. 59	+ 6	8. 5	108	46		
20	25	64	32. 28. 57	5. 1. 48. 41	+ 7	48. 48	217	55		
21	25	63	32. 29. 5							
22	29	66	33. 53. 7	5. 5. 40. 47	+ 7	40. 54	266	59		
23	29	67	33. 53. 6							

## T A B U L A I.

1755.

Obser.	Dies	Mer. Pun.	Distantiae Sol. & Vert.	Longitudo Solis.	Cor- rect.	Long. Sq- uis corr.	Dif. L. a S.	A. M. Solis.
			G.	S. G.	"	"	G.	G.
24	9	78	37. 55. 47	5. 16. 21. 23	+ 7	21. 30	40	69
25	26	99	44. 30. 19	6. 2. 58. 48	+ 7	58. 55	248	86
26	26	97	44. 30. 21					
27	28	100	45. 17. 24	6. 4. 56. 45	+ 7	56. 52	272	88
28	29	103	45. 40. 44	6. 5. 55. 47	+ 7	55. 54	284	89

1756.

	Apr.							
29	3	77	37. 44. 38	0. 14. 6. 57	-14	6. 43	44	273
	Aug.							
30	16	57	29. 44. 38	4. 23. 51. 47	-16	51. 31	250	47
31	21	61	31. 22. 46	4. 28. 40. 54	-17	40. 37	310	51
32	24	64	32. 23. 53	5. 1. 34. 41	-17	34. 24	347	54
	Sept.							
33	3	73	35. 58. 24	5. 11. 15. 42	-18	15. 24	109	64
34	6	76	37. 5. 5	5. 14. 10. 33	-18	10. 15	146	67
35	14	84	40. 7. 42	5. 21. 58. 11	-19	57. 52	243	75

1757.

	Mar.							
36	28	84	40. 9. 12	0. 7. 58. 11	+ 5	58. 16	100	267
37	29	83	39. 45. 42	0. 8. 57. 21	+ 5	57. 26	112	268
	Aug.							
38	8	51	27. 14. 52	4. 15. 56. 30	-32	55. 58	282	38
39	9	52	27. 32. 0	4. 16. 54. 5	-32	55. 33	294	39
40	21	61	31. 17. 41	4. 28. 26. 54	-35	26. 19	80	51
41	23	62	31. 58. 23	5. 0. 22. 43	-35	22. 8	104	53
42	25	64	32. 39. 40	5. 2. 18. 37	-35	18. 2	129	55
	Sept.							
43	4	73	36. 15. 8	5. 11. 59. 51	-36	59. 15	251	65
44	7	76	37. 22. 0	5. 14. 54. 46	-36	54. 10	287	68
45	8	77	37. 44. 36	5. 15. 53. 8	-36	52. 32	300	69
46	9	78	38. 7. 0	5. 16. 51. 31	-36	50. 55	312	70

T

FABULA I.									
1757									
Ob- serv.	Dies	Mer. Pun.	Distantiae Sol. a Vert.	Longitu- de Solis.	Cor- rect.	Long. So- lis corr.	Dif. L. a S.	A. M. Solis	
47	10	79	38.29.54	5.17.49.58	-36	49.22	324	71	
48	14	84	40. 2. 11	5. 21. 44. 0	-36	43.24	13	75	
49	15	84	40. 25. 22	5. 22. 42. 35	-36	41.59	25	76	
1758									
	Mar.								
50	16	100	44. 58. 4	11. 25. 50. 49	-7	50.42	84	255	
51	29	83	39. 51. 30	0. 8. 43. 1	-10	42.51	242	268	
52	29	84	39. 51. 29						
53	30	83	39. 28. 14	0. 9. 42. 10	-11	41.59	254	269	
	Apr.								
54	19	63	32. 5. 3	0. 29. 17. 48	-16	17.32	138	289	
55	21	61	31. 24. 0	1. 1. 14. 40	-16	14.24	162	291	
	Aug.								
56	9	52	27. 27. 56	4. 16. 40. 10	-11	39.59	63	39	
57	9	51	27. 27. 56						
58	13	55	28. 39. 10	4. 20. 30. 43	-11	30.32	112	43	
59	22	61	31. 33. 11	4. 29. 10. 47	-10	10.37	222	52	
60	23	62	31. 53. 28	5. 0. 8. 41	-10	8.31	234	53	
61	25	64	32. 34. 32	5. 2. 4. 35	-10	4.25	258	55	
62	29	67	32. 58. 45	5. 5. 56. 43	-9	56.34	307	59	
	Sept.								
63	7	76	37. 16. 44	5. 14. 40. 39	-9	40.30	57	68	
64	8	77	37. 39. 19	5. 15. 39. 1	-9	38.52	69	69.	
65	8	76	37. 39. 20						
66	10	79	33. 24. 34	5. 17. 35. 49	-9	35.40	94	71	
67	10	78	38. 24. 35						
68	11	80	38. 47. 15	5. 18. 34. 16	-9	34. 7	106	72	
1759									
	Mar.								
69	17	100	44. 40. 17	11. 26. 35. 57	-22	35.35	225	256	
70	19	96	43. 52. 51	11. 28. 35. 4	-22	34.42	255	258	

T A B U L A I.								
1759								
Obser.	Dies	Mer. Pun.	Distaniae Sol. a Vert.	Longitudo Solis.	Cor- rect.	Long. So- lis corr.	Dif. L. a S.	A. M. Solis.
	Mar.	G.	"	S. G.	"	"	G.	G.
71	23	91	42. 18. 12	0. 2. 32. 55	-23	32. 32	299	262
72	24	90	41. 54. 35	0. 3. 32. 17	-23	31. 54	311	263
73	25	89	41. 31. 5	0. 4. 31. 37	-23	31. 14	323	264
74	26	87	41. 7. 23	0. 5. 30. 56	-23	30. 33	335	265
75	26	88	41. 7. 22					
76	27	86	40. 43. 53	0. 6. 30. 13	-23	29. 50	347	266
	Apr.							
77	19	63	32. 10. 19	0. 29. 3. 37	-26	3. 11	268	258
78	20	62	31. 49. 38	1. 0. 2. 4	-26	1. 38	280	259
79	20	63	31. 49. 41					
80	21	60	31. 8. 48	1. 1. 58. 52	-25	58. 26	304	261
81	22	61	31. 8. 44					
82	23	60	30. 48. 38	1. 2. 57. 14	-26	56. 48	317	262
	Aug.							
83	13	55	28. 34. 41	4. 20. 16. 43	-14	16. 29	242	43
84	30	67	34. 15. 5	5. 6. 40. 43	-13	40. 30	89	60
	Sept.							
85	2	71	35. 20. 10	5. 9. 35. 11	-14	34. 57	126	63
86	8	76	37. 33. 40	5. 15. 24. 50	-14	24. 36	199	68
87	9	77	37. 56. 15	5. 16. 23. 13	-15	22. 58	211	69
88	10	79	38. 19. 5	5. 17. 21. 38	-15	21. 23	223	70
89	12	80	39. 4. 37	5. 19. 18. 33	-15	18. 18	248	72
90	17	87	41. 0. 19	5. 24. 11. 25	-15	11. 10	309	77
1760								
	Mar.							
91	19	96	43. 34. 35	11. 29. 20. 12	-1	20. 11	32	259
92	23	90	42. 0. 1	0. 3. 17. 57	0	17. 57	80	263
93	23	91	41. 59. 58					
94	25	88	41. 12. 47	0. 5. 16. 37	+1	16. 38	105	265
95	25	89	41. 12. 49					
96	26	86	40. 49. 13	0. 6. 15. 55	+1	15. 56	117	266
97	26	87	40. 49. 12					

## T A B U L A I.

1760

<i>Ob</i>	<i>Dies</i>	<i>Mer.</i>	<i>Dift. Sol.</i>	<i>Longitudo</i>	<i>Cor-</i>	<i>Long. So</i>	<i>Dift.</i>	<i>A. M.</i>
<i>fer.</i>		<i>Pun.</i>	<i>a Vert.</i>	<i>Solis.</i>	<i>rect.</i>	<i>lis corr.</i>	<i>L.a S.</i>	<i>Solis.</i>
98	19	63	G	31. 54. 17	0. 29. 47. 59	+ 5	48. 4	50
99	20	62	"	31. 33. 53	1. 0. 46. 25	+ 5	46. 30	62
100	21	61	31. 13. 14	1. 1. 44. 48	+ 5	44. 53	74	291
101	22	60	30. 53. 16	1. 2. 43. 10	+ 5	43. 15	86	292
102	13	55	Aug.	28. 48. 30	4. 21. 0. 31	- 15	0. 16	24
103	1	71	Sept.	35. 14. 53	5. 9. 21. 9	- 20	20. 49	255
104	17	87		41. 17. 57	5. 24. 55. 55	- 25	55. 30	90



**T A B U L A E II.**  
**PARS PRIMA**  
**C O N J U G A T I O N E S O B S E R V A T I O N U M,**  
in quibus Parallaxis menstrua post Annum auget distan-  
tiam Solis a Vertice.

Con- jug.	Obser- vation.	Ang. Ecl. cum Par.	Differ. Decl.	Dist. Solis a Ex 1. Obser. d' comp.	Vert. in 2. Obser. Ex 2. Obser.	Diffe- rent.
1	1. 15	17. 22	+ 13. 6	27. 23. 8	27. 23. 18	+ 10"
2	2. 16	17. 53	+ 13. 29	27. 58. 35	27. 58. 31	- 4
3	3. 16	18. 0	- 4. 14	27. 58. 32	27. 58. 31	- 1
4	3. 17	18. 9	+ 13. 41	28. 16. 27	28. 16. 23	- 4
5	4. 18	18. 19	- 4. 19	28. 16. 15	28. 16. 23	+ 8
6	9. 24	22. 54	- 5. 28	37. 55. 44	37. 55. 47	+ 3
7	20. 32	20. 56	- 5. 9	32. 23. 48	32. 23. 53	+ 5
8	31. 40	20. 20	- 4. 48	31. 17. 48	31. 17. 41	- 7
9	35. 48	23. 16	- 5. 43	40. 1. 59	40. 2. 11	+ 12
10	35. 49	23. 18	+ 17. 27	40. 25. 9	40. 25. 22	+ 13
11	36. 52	23. 16	- 17. 37	39. 51. 35	39. 51. 29	- 6
12	37. 51	23. 14	+ 5. 45	39. 51. 27	39. 51. 30	+ 3
13	37. 53	23. 12	- 17. 33	39. 28. 9	39. 28. 14	+ 5
14	38. 57	17. 26	+ 13. 11	27. 28. 3	39. 27. 56	- 7
15	39. 56	17. 33	- 4. 5	27. 27. 55	39. 27. 56	+ 1
16	44. 63	22. 45	- 5. 17	37. 16. 43	37. 16. 44	+ 1
17	44. 65	22. 47	+ 17. 19	37. 39. 19	37. 39. 20	+ 1
18	45. 64	22. 50	- 5. 18	37. 39. 18	37. 39. 19	+ 1
19	46. 67	22. 58	+ 17. 28	38. 24. 28	38. 24. 35	+ 7
20	47. 66	23. 0	- 5. 21	38. 24. 33	38. 24. 34	+ 1
21	50. 69	23. 20	- 17. 51	44. 40. 13	44. 40. 17	+ 4
22	54. 77	20. 46	+ 5. 5	32. 10. 8	32. 10. 19	+ 11
23	54. 79	20. 41	- 15. 35	31. 49. 28	31. 49. 41	+ 13
24	55. 81	20. 18	- 15. 17	31. 8. 43	31. 8. 44	+ 1
25	62. 84	21. 42	+ 16. 15	34. 15. 0	34. 15. 5	+ 5
26	83. 102	18. 34	+ 13. 56	28. 48. 37	28. 48. 30	- 7
27	90. 104	23. 23	+ 17. 36	41. 17. 55	31. 17. 57	+ 2

Conjugation.	Obser-vation.	Ang. Ecl. cum Par.	Differ. Decl.	Diff. Solis a Vert. in 2. Obj.		Diffe-rent.
				G.	Ex 1. Obj.	
28	5. 21	20. 53	+ 15. 43	32. 29. 20	32. 29. 5	+ 15
29	6. 20	20. 59	- 4. 58	32. 29. 16	32. 28. 57	+ 19
30	7. 22	21. 32	+ 16. 12	33. 53. 22	33. 53. 7	+ 15
31	8. 23	21. 37	- 5. 8	33. 53. 15	33. 53. 6	+ 9
32	10. 26	23. 28	+ 17. 46	44. 30. 33	44. 30. 25	+ 8
33	11. 25	23. 27	- 5. 42	44. 30. 24	44. 30. 19	+ 5
34	12. 27	23. 25	+ 17. 45	45. 17. 35	45. 17. 24	+ 11
35	13. 28	23. 22	- 5. 42	45. 40. 51	45. 40. 44	+ 7
36	14. 29	22. 50	+ 5. 35	37. 44. 40	37. 44. 38	+ 2
37	19. 30	19. 14	+ 14. 18	29. 44. 33	29. 44. 38	- 5
38	33. 43	22. 24	+ 16. 43	36. 15. 7	36. 15. 8	- 1
39	34. 44	22. 43	+ 16. 58	37. 22. 3	37. 22. 0	+ 3
40	40. 59	20. 23	+ 15. 26	31. 33. 7	31. 33. 11	- 4
41	41. 60	20. 40	- 4. 48	31. 53. 35	31. 53. 28	+ 7
42	42. 61	21. 1	- 4. 5	32. 34. 47	32. 34. 32	+ 15
43	58. 83	18. 34	- 4. 28	28. 34. 42	28. 34. 41	+ 1
44	63. 86	22. 46	+ 17. 4	37. 33. 48	37. 33. 40	+ 8
45	64. 87	22. 52	+ 17. 8	37. 56. 27	37. 56. 15	+ 12
46	65. 86	22. 49	- 5. 32	37. 33. 48	37. 33. 40	+ 8
47	66. 88	22. 59	- 5. 35	38. 18. 59	38. 19. 5	- 6
48	68. 89	23. 6	+ 17. 20	39. 4. 35	39. 4. 37	- 2
49	70. 91	23. 29	- 18. 7	43. 34. 44	43. 34. 35	+ 9
50	71. 93	23. 27	- 18. 4	42. 0. 8	41. 39. 58	+ 10
51	72. 92	23. 27	+ 5. 33	42. 0. 8	42. 0. 1	+ 7
52	73. 95	23. 24	- 18. 2	41. 13. 3	41. 12. 49	+ 14

## T A B U L A E II.

*Pars altera.*

<i>Con-juga-tion.</i>	<i>Obser-vation.</i>	<i>Ang. Ecl.</i> <i>cum Par.</i>	<i>Differ.</i> <i>Decl.</i>	<i>Dift. Sol. a Vert. in 2.</i> <i>Ex 1. Obj.</i>	<i>Ex 2. Objer.</i>	<i>Diff.</i> <i>&amp; comp.</i> <i>G.</i>	<i>Diffe-rent.</i>
53	74. 97	23. 22	- 18. 0	40. 49. 23	40. 49. 12	+ 11	
54	75. 94	23. 24	+ 5. 32	41. 12. 54	41. 12. 47	+ 7	
55	76. 96	23. 21	+ 5. 31	40. 49. 24	40. 49. 13	+ 11	
56	77. 98	20. 44	- 15. 53	31. 54. 26	31. 54. 17	+ 9	
57	78. 99	20. 32	- 15. 44	31. 33. 54	31. 33. 53	+ 1	
58	79. 98	20. 38	+ 4. 47	31. 54. 28	31. 54. 17	+ 11	
59	80. 101	20. 9	- 15. 26	30. 53. 22	30. 53. 16	+ 6	
60	81. 100	20. 15	+ 4. 41	31. 13. 25	31. 13. 14	+ 11	
61	82. 101	20. 3	+ 4. 39	30. 53. 17	30. 53. 16	+ 1	
62	85. 103	22. 8	- 5. 20	35. 14. 50	35. 14. 53	- 3	



## T A B U L A III.

*Summae Parallaxium ex observatione, atque ex computo, in singulis conjugationibus.*

## P A R S P R I M A.

Conjug.	Ex ob- serv.	Ex comp.	Con- jug.	Ex ob- serv.	Ex comp.	Con- jug.	Ex ob- serv.	Ex comp.
1	+ 10	6. 2	10	+ 13	9. 5	19	+ 7	6. 9
2	- 4	7. 5	11	- 6	8. 6	20	+ 1	5. 9
3	- 1	7. 4	12	+ 3	8. 7	21	+ 4	6. 7
4	- 4	7. 7	13	+ 5	9. 6	22	+ 11	8. 8
5	+ 8	7. 3	14	- 7	7. 3	23	+ 13	9. 1
6	+ 3	9. 7	15	+ 1	6. 9	24	+ 1	7. 9
7	+ 5	4. 7	16	+ 1	9. 2	25	+ 5	7. 3
8	- 7	6. 9	17	+ 1	9. 3	26	- 7	6. 9
9	+ 12	8. 7	18	+ 1	8. 4	27	+ 2	7. 5

## P A R S A L T E R A.

Conjug.	Ex ob- serv.	Ex comp.	Con- jug.	Ex obser- v.	Ex comp.	Con- jug.	Ex ob- serv.	Ex comp.
28	+ 15	8. 8	40	- 4	8. 7	52	+ 14	10. 3
29	+ 19	8. 6	41	+ 7	8. 4	53	+ 11	9. 6
30	+ 15	7. 6	42	+ 15	7. 2	54	+ 7	9. 6
31	+ 9	6. 7	43	+ 1	7. 4	55	+ 11	8. 8
32	+ 8	9. 6	44	+ 8	8. 7	56	+ 9	6. 5
33	+ 9	8. 8	45	+ 12	9. 6	57	+ 1	7. 6
34	+ 11	7. 3	46	+ 8	8. 8	58	+ 11	6. 8
35	+ 7	4. 4	47	- 6	9. 7	59	+ 6	8. 9
36	+ 2	6. 8	48	- 2	9. 5	60	+ 11	8. 4
37	- 5	7. 9	49	+ 9	4. 6	61	+ 1	8. 5
38	- 1	9. 0	50	+ 10	10. 0	62	- 3	7. 8
39	+ 3	5. 1	51	+ 7	9. 8			

*SPECIMEN HISTORIAE GLOBI TERRAQUEI, DE  
novis e mari natis Insulis, ad Hookianam Telluris hy-  
pothesin, de origine monium et corporum petrefac-  
torum, Auctore Rud. Erico RASPE.*

Amstel. et Lipsiae 1763, octonis, cum figg.

**H**ypothesis Roberti Hookii, quam amplecti et tueri plau-  
cuit eruditiss. Raspio, proposita fuit libro *de terrae motibus*, qui inter opera eius postuma a Wallero Londini 1705  
binis editus est. Putabat Vir doctus, fieri posse vi subter-  
ranea, ut terrae superficies moveatur et concutiatur, adeo-  
que hinc inde altius extollatur, ut insulae montesque in con-  
tinente, ipsoque mari exsurgant, idque evenire vel solo sub-  
lato, vel massa subterranea ignis vi evecta, et terrae superfi-  
ciei iniecta. Quod omnino probamus ea lege, si vis illa,  
quam subterraneam vocat Hookius, non terrae propria et  
physica, sed mathematica tantum dicatur. Nititur enim  
facultate elementorum massae subterraneae primitiva, ipsius-  
que effectus vehementiam determinant varii partium con-  
iunctarum, situs, figurae, habitus ad res circumiectas, indeque  
ortae vires mechanicae, quae pro ipsa elementorum  
coniunctione, aut sejunctione vel minima, multum efficere  
valent. Facultatem elementorum recte dignoscere docet  
Chemia; quibus probe intellectis adiungendae sunt leges  
mechanicae, indeque concipitur horrendus effectus de quo  
quaerimus. Statusbat porro Hookius, terrae superficiem,  
marisque fundum, perruptis cavernis subterraneis, hinc  
inde subsidere et deprimi, ignis subterranei explosione inte-  
gros montes transponi, summaque imis miseri; denique  
singulas terrae partes, subterraneo igne affectas, liquefcere,  
colligari, et in calcem aut lapides mutari. In quibus omni-  
bus cum ipso consentimus, hoc uno excepto, quod igne  
omnia liquefcant; immo in iis corporibus, quae penitus li-  
quescant videantur fluxu ignis subterranei, probe distinguenda

da est massa ignis ipsius a rebus circumiectis; ignis non potest ultra viam suam physicam et mathematicam, ipsamque corporum resistantiam, serpere; neque omnino ea vincere, et liquida reddere, quae ignem haud recipiunt; quis hoc de omnibus elementis affirmarit? Itaque propositionis illius universalitatem ad meras coniecturas referimus; possibilitatem concedimus. Habes igitur hypothesin, quam quinque Capitibus confirmare conatus est Raspius.

Capite I. differit *de superficie Globi terraquel*. Constat hoc caput 60 §§is, quibus in universum varia de superficie globi terraquel observanda, proponuntur, v. c. de stratis terrae, quae in teria adiectis quoque aeneis figuris illustratur, de massis terrae, et petrefactis in ea repertis, quae docte et solide dicta existimamus; licet tantum monere contra §. 22. quod falso, *in quolibet strato, in se considerato, gravitatis specificae leges observatae videantur auctori*; quod ad globum conservandum nec necessarium, nec omnino verum est; immo prima rerum origine fieri potuit, multoque magis accidit postea, variis casibus, ut strata ipsa quovis modo ad nemum idoneo extenderentur, quod verum esse, ipsa experientia multis locis docuit.

Capite II. exponit *Raspius de novis insulis et montibus per terrae motus exortis*; ubi quae de *Thera* et *Therpha* e Plinio differit, satis sunt incerta, et videtur omnino Plini locus mendio laborare, nec Herodoti auctoritas deferenda esse. Quid si statuamus, eam ad tempus incognitam suile? Certiora sunt quae de *Hera* protulit, ex ipsis veterum monumentis erudite collecta. Quae de *Delo* et *Rhodo* insulis e mari eveneris statuit, nullo modo probare possumus, partim ob ipsam insularum magnitudinem, vetustissimamque famam, partim ob silentium vetustissimorum historicorum. Dicta poetarum in tali re nihil efficere, nemo negat, qui cogitet, veteribus poetis omnes Insulas e mari enatas videri, (quod interdum et Historici fingere auli sunt, v. Strab. L. VI. pag. 396. ed. Almel.) adeoque nullum tali testimonio argumentum contineri. Forte haec prima fuit universi globi post ipsam creationem

tionem facies, ut terra undique aquis sepulta et abscondita lateret, deinde facta aquarum separatione, emerget; certe tanta fuit facies globi post diluvium, unde fama vetus imaginis pristinae memoriam propagavit; quo pertinere videntur pleraque veterum de enatis insulis commenta; scatent talibus fabulis, qui historiam et geographiam Graecias et Archipelagi scripsierunt. *Siciliam* olim per Isthmum Italiam iunctam fuisse, veterum traditio narrat, nullo tamen tempore definitio; unde liquet, fatum peculiare hic tuto fingi non posse, neque debere, nisi regulas probabilis cognitionis mitigare velis. Bis immutata fuit terrae superficies universa; primum Noachi tempore per *diluvium*, quod temere negat Raspius p. 132. 145. iterum paullo ante natum *Pelagum*, per terrae universae concussionem, unde facta terrarum separatio, Pelegoque inde nomen tributum, Gen. X, 25. Quare Sicilia vel diluvio Noachico, vel concussione, unde Pelego nomen, ab Italia fuit avulsa. Nos, quid nobis de universa hac controversia videatur, hic paucis exponemus. Regionem integrum aut Insulam aliquam maioris magnitudinis, olim undis teclam, e medio mari tandem prodidisse, nec probabile est, nec ullo exemplo confirmari potest; immo quicquid de eiusmodi terrae incrementis prodidere veteres et recentiores, redit ad montes ignivomos explosione quadam in altum erectos, vel ad insulas eiusdem indolis, e mari propulsas, in quibus tamen vix stabilis hominibus sedes esse potuit, quam constaret in Italiac et Archipelagi sinibus, quae tali modo orta essent, vicissim quoque subsidere solere. Massa ipsa, cuius vi talis fit impetus, nec multa est, nec ubique terrarum disseminata; unde nec multi nec tanti magni fuerunt eius effectus. Itaque physice improbabile est, hoc modo strata universi globi exorta esse, quae in ipso quoque maris fundo subsistunt; multo magis vero improbabile, universam terram hoc modo in conspectum prodidisse. Qibus positis facile licet, quid de veterum testimonis sententium sit, intelligere. Scilicet opinio, rerum naturae contraria, si vel sexcentis testibus constaret, omnino tamen esset

reicienda. Non potest enim ullo modo ipsa natura leges suas deferuisse, sine miraculo Dei, ad quod recurrere, in quaestione physica, non licet, quia tali argumento, quidquid placuerit, stabilire et divinae omnipotentiae praetextu excusare possemus. Unde v. c. liquet, *Siciliam, Delum, Rhodumque, e mari non esse enatas, propter ipsam magnitudinem suam, famaeque celebritatem, inde a vetustissimis temporibus repetendam.* Porro in narratione, physice non improbabili, non sufficit, rem ipsam exponi, nisi quaedam etiam temporis nota, plus minusve certa addatur. Talis enim prodigiū epocham, si extiterit, memoriae non sive proditam, quis crediderit? Dissensus in tempore definiendo, si non sit magnus, rei veritatem haud suspectam reddit; hoc tamen probabile est, diversas de eadem re epochas, forte a diversis loci originibus et mutationibus repetendas esse, quippe quae successive evenire solent. Denique poetarum testimonia sola nihil probant; coniuncta cum historiae et geographiae scriptorum, fide, habent aliquod pondus ad confirmandum, nec tamen magnum et constans. Sic v. c. opinio de insula in conspectu Argonautarum exorta, merito ad fabulas ablegatur. Quin etiam ipsa insularum similitudo causa fuit, cur poetae idem ipsis fatum tribuerent, et quod de una alteraque mole exulta dictum esset, ad omnes vel certe ad multas insulas transferrent, quibus quaedam ignis explosio consiceretur. Dudum hoc viderunt poetarum interpres; quis igitur talibus exemplis argumenta tuto confecerit?

Capite III. differit Cel. Ralpius *de potioribus formati globi hypothefibus*, e quo nihil excerpemus, ne nimis longe excurrat oratio. Pauca tantum in usum lectorum istius loci proferemus, quae adiungi volumus eis observationibus, quas ad Cap. II. proposuimus. Si omnes veterum et recentiorum Physicorum de telluris forma sententias velimus inter se diligenter comparare, apparebit sapientiores omnes existimare, quod primum aquis circumfusa fuerit universa terra, indeque, modo quem explicare nequeunt, tandem emerserit. Quumque in ipsa continente terra, v. c. Germaniae, Hispaniae

niae etc. reperiantur ossa animalium marinorum, et exterorum omnis generis remotissimorum, absque ulla ne minima quidem, fama, unde huc vel illuc advecta, et quo fato, sequitur, exinde haec duo argumenta recte confici posse: 1. Fuisse aliquam terrae universae intundationem; 2. eam tunc accidisse, quam iam extarent animalia vel marina, vel terrena. Et nescio an quicquam magis aptum sit ad haec duo recte ponenda, quam ipsum *diluvium*, de quo constat e sacrifici litteris.

Cap. IV. id agit auctor, ut *Hookianum Systema* de quo supra, confirmet, suamque opinionem proferat. Hic concedimus, terraemotus magnam habere vim, igneque subterraneo multa liquefieri; et ex solis terraemotibus universam globi figuram partiumque naturam cum Raspio explicare, temperarium nobis videtur, Physicaeque et Historiae contrarium. Satis improbalis esset talis conjectura, si de unica Insula majori affirmaretur; at omnino evanescit, si de globo universo sermo sit. Non potuit talis terrae motus ossa animalium Indiae in Hispaniam aut Germaniam detulisse, neq; terrae strata formasse.

Capite V. sensit auctor defectus, de quibus modo diximus, adeoque coniicit, *exotica animalia v. c. Indiae, olim nostra fuisse*, quod lectoribus diudicandum relinquimus.

*AELIANI VARIAE HISTORIAE, IN LINGUAM  
Francogallicum versae a Formeio.*

Berolini 1764, octonis.

**T**itulus libri francogallice sic expressus est: *Diversités Historiques, traduites du grec d' Elien par Mr. Formey*. Nobis, quamquam hoc leve sit, rectius videbatur graecum *τοιχίων ιστορίας* verti francice: *Mélanges Historiques*. Quod ad ipsam versionem Formeianam attinet, laudamus Viri Celeb. institutum, et vehementer optamus, ut communi literarum bono

bone tandem scriptoribus veteribus omnibus tales continentur interpres. Ipse liber graecu: librariorum culpa multis locis misere corruptus et foedatus, tandem a celeberr. Perizonio pristinae integritati restitutus, splendidisque commentariis historicis illustratus fuit. Sed post hunc ipsum laborem multae etiamnum superflunt lacunae, quas vel male de codicibus scriptis iudicando, vel aliis de causis plane praeterierunt viri docti. Nos data hac occasione pauca de codicibus Aelianis in usum Critorum proferemus. Adhibiti fuerunt a Viris doctis scripti codices Aelianei septem: *Parisenses Regii* 3 (quos Schefferus vocat A, B, C; Perizonius et nos post illum 1, 2, 3.) *Medicei* 2, *Sluiskianus* et *Lugdunensis*, qui, pro fide quam merentur, ad duas fere classes revocari possunt, quarum altera *emendatores* complectatur et probatores, 1 et 3 Parisensem, Mediceos, et qui certis omnibus multum praestat SLVISKIANVM: altera *vitiatores* et glossematis obrutos, Parisensem 2 et tertii marginem, et incredibili lectionum ineptia omnium maxime depravatum Lugdunensem, quem miror a Cl. Perizonio magni factum. Ad Sluiskianum proxime accedunt Medd. maxima 1 Gronovianus, qui fere semper consentit cum Sluiskiano, v. e. g. Ael. IX, 21. Parisensis 2. et tertii margo cum Lugdunensis erroribus contentiunt saepissime, v. c. XII, 22, 27, 40, 54 etc. raro ab eis discordant, nec nisi ut in peius ruant. Quae, quum usu comperta habeamus, facile intelligitur, quanta tunc fides habenda eruditissimi Perizonii aliorumque doctorum interpretum Commentaris, quibus saepe nimia auctoritas Lugdunensi MSto et Parisensi 2do, marginique tertii tributa. Praeter hanc codicum notitiam, multae accedere debent regulae criticae ad recte dijudicandam lectio- nem genuinam historici scriptoris. *Ut enim historicus si let effe negligentior, eo quoque magis in recensendis alias scriptoris etc. verbis oratione obliqua et recta promiscue utitur; quod quum non perpendenter librarii, talia loca saepe immutantur; vide Ael. X, 17 et 18.* Student bonae notae historici brevi-

breviloquentiae, saepeque verba e superioribus repetenda, omit-tunt et reticent. Quo in genere celeber est inter sacros scri-ptores Lucas; exemplum vide Ael. XIV, 15, ubi mirifice hanc regulam migrarunt interpretes. Solent quoque histori-ci scriptores ad remota referre, quae prima quidem specie ad propinquiora referenda videbantur; quem ordinem auctoris saepe turparunt librarii; exemplum vide XII, 40. Sed haec et sexcenta alia, Criticis satis nota mittimus, et in tantis tex-tus Aelianei corruptionibus, miramur et laetamur, doctiss. Formeium, quae in Versione maxime conservanda essent nec ne, fere ubique feliciter asequutum esse. V. c. Ael. I, 34, ubi in argumentatione occurrit  $\alpha\mu\alpha$  καὶ ἡγώ — αὐξηθήσ-μαι, hoc sensu: ita sane et ipse — crescam etc. Vetus inter-pretes male intellecta vocula  $\alpha\mu\alpha$ , sensum asequutus erat ve-rum, vertendo pariter. At viri docti maximo dissensu cer-tarunt. Schefferus ὄντω pro  $\alpha\mu\alpha$  icribendum putabat: Fa-ber transpositis vocibus legebat καὶ γλυκίστιν  $\alpha\mu\alpha$  γίνεται ἦτω καὶ ἡγώ etc. Kuhnius errabat eundem cum lustro Vulteo vetere interprete errorem: Perizonius denique ταῦτα legendum con-nieebat. Nos post γίνεται reponimus colon, et pro  $\alpha\text{Μα}$  legimus  $\alpha\text{Ρα}$ . Solet  $\alpha\text{ρα}$  καὶ in argumentationibus adhiberi; sic Luci, Iove Tragoedo: Εἴ γάρ εἰσι βωμόι, εἰσι καὶ θεοί· Αλλὰ μήν εἰσι βωμοί· εἰσιν αἴροντες καὶ θεοί. Ael. V. H. II, 1: καὶ εἰ τῶν καθ' ἐαν καταφέοντες, καταφέοντες αἴροντες καὶ τῶν ηθεοῖσιν, adde 1 Cor. XV, 16. Poterat id francice verti de même, quod recte expressit Formeius. Sed in tanta interpretatio-nis et criticos difficultate facile viros quoque doctos labi, quis negarit. Liceat unum exemplum afferre, ubi totius loci ele-gantiam sustulit Formeiana interpretatio, in oraculo Aeli. V, H. II, 32. ήγαχλῆν δὲ σε φοῖβος ἵπανταν οἰκουμένην Non asequutus est vim vocis ἵπαντας iustus Vulteius, vertit enim: He-rculem te alio Phœbus iam nomine dixit. Peior est Formeia-na interpretatio: Qu' Hercule fait ton nom: ainsi l'a dit le Dieu. Vera sententia haec est: Quum antea patronymico appellatus fueris, iam Apollo aliud atque tale tibi nomen imponiti a quo poste-ri tui

*ri tui vocabuntur; nam ab Hercule dicti Heraclides.* Ἐπάνυ-  
μος est is, a quo vocatur aliquid; v. c. ἀρχοντ ἐπάνυμος apud  
Athenienses fuit *Archon*, a quo, uti apud Romanos a consu-  
libus, *annus* vocaretur. Talis Archon Plutarcho auctore fuit  
*Aristides*, de quo vide Periz. ad Ael. p. 546. edit. Gronov,  
et ipse Aelianus II, 33. Agrigentum, fluvium, a quo no-  
men accepit urbs, vocavit ἐπάνυμον τῆς πόλεως. Sic pariter  
auctor gentis dicitur ἐπάνυμος, quia ab eius nomine cognomen  
nanciscuntur posteri,

Addidit Cel. Formeius Versioni suae breves obser-  
vationes, quae nonnunquam textus verba illustrant exemplis,  
interdum difficiliores res explicant, quod ut copiose, maxi-  
me in physicis factum sit, vehementer optaremus, quum  
constet de insigni harum rerum peritia, quae est in erudi-  
tissimo editori,



# NOVA ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsiae*

*Calendis Sept. et Octob. Anno M D C C L X I V.*

*IO. BAPTISTAE MORGAGNI P. P. P. P.  
Opuscula Miscellanea, quorum non pauca nunc primum  
prodeunt, tres in partes divisa.*

Venetiis MDCCCLXIII, PARS I. pagg. 120. PARS II.  
pagg. 75. PARS III. pagg. 84. in folio,

**V**erum esse, quod ait Cicero: Manere ingenia senibus, modo maneat studium et industria: si quis alius, certe nunc maxime suo exemplo comprehensus est. Cel. *Morgagnus*; quem non errabis, si Medicorum Nestorem dixeris, sive annos eius, sive annis respondentem sapientiam spectaveris. Quae percensenda nobis sumsumus, Opuscula eius Miscellanea, insigne huic rei confirmandae argumentum praebent, in quibus non minorem vim ingenii, quam doctrinae exquisitissimae copiam; rerum, quas proponit, accuratam cognitionem et usum; dictionis denique tantam deprehendimus elegantiam, ut nihil sit, quod non multa cum oblectatio a nobis sit lectum, nihil fere, quod non probatum. Est vero totum opus tributum in partes tres, de quibus singulis nunc videbimus.

*Parte I. continentur: Nova Institutionum Medicorum Idea. In qua proponenda Autor potissimum id agit,  
X ut*

ut doceat, quae res quoque ordine discenda sunt iis, qui Medicinae scientiam sibi comparare velint perfectam et omnibus numeris, ut aiunt, absolutum. De via atque ordine in tradenda publice Medicina et Anatomie servato, Epistola. Prooeinia quaedam Anatomicarum Praelectionum. De Anatomicis Eustachii Tabulis Epistola. De Glandulis Epistola. De Lacrymalibus ductibus eorumque obstruktione Epistola. De Lumbricis Epistola. De Acu intravescicam intraifa, et de Everescentia Membranae Adiposae Epistola. De Calculis Felleis Epistola. De Venae Cavae Varicibus Epistola. De Vetricae Calculis a Fr. Iacobo Beau-lieu Patavii effectis, et de casu Corneliae Bandiae Epistola. In locum Vitruvii Medicum Epistola. De iis, quae a Val-salva in Bononiensi Academia Scientiarum, recita-ta fuerant, Epistola. Experimenta circa aquam calcis vi-vae. Responsum Medico-Legale circa obstetricum iudi-cium de mulieris virginitate, cuius certa signa et indicia ostendit esse nulla. Responsum Medico-Legale alterum super feminis emitendi potentia. Responsum Medico-Legale tertium: An post septem a conceptione menses in-fans nasci possit vitalis et perfectus? Posse affirmat Auctor argumentis partim a ratione ductis, partim ab experientia; qua in re consentientes habet plurimos eosque eximie doctos Medicus. Finem huius Partis primae faciunt Episto-lae X, quarum octo priores in A. Corn. Celsum, reliquae duae in Q. Seren. Samonicum sunt inscriptae. Disputat Auctor in illis prioribus, quae ad Celsum pertinent, erudi-te et subtiliter de eius libris, editionibus, praenomine, quod alii Aurelii, alii Auli esse volunt, tum de aetate et vitae ge-nere Celsi; de quo quidem quid sentiat *Morgagnus* liceat huic transcribere. Medicusne fuerit, inquit, an non fue-rit, adhuc apud aliquos dubium esse video. Qui, si hoc volunt, non ita exercuisse Medicinam, ut qui mercedis cau-sa solent, sed tamen ut in gravioribus casibus ab amicis et pauperibus se pateretur adiri et consuli, Rubeum secum et

Linde-

Lindenium facientes habebunt, atque adeo, velut ego animadverto, Celsum ipsum. Qui si quaestum fecerit, huc illic cursare consuefet, non facile pronunciasset: *ab uno medico multos non posse curari, eumque, si artifex est, idoneum esse, qui non multum ab aegro recedit.* Sed qui quaestui servunt, quoniam *is maior ex populo est, libenter amplecti ea praecipita, quae sedulitatem non exigunt.* Haec si ponant, vix aliquid invenient, cur Medicum fuisse non credant. Quod enim tot alia et tam varii argumenti ediderit, non inde conficitur, *universae naturae*, ut ipsum Columella vocabat, *prudentem virum*, medicinam praeceteris non adamassem; de qua profecto accurate adeo scripsit, ut cum caetera eius opera aetatem non tulerint, hoc unum sagax posteritas conservavit. — Opponi quidem, pergit Morgagnus, silentium Plinii, qui in Auctoriis externis, etsi Medicos seorsum non ponit, tamen, cum Medici nomen adiungat pluribus, Cornelio Celso nunquam adiungit. Verum respondeat: Plinium fortassis non tam spectasse, quod quisque scripsisset, quam quod et quatenus exercuisse, ut Celsus seu casu et incuria quadam factum esse, ut Celsum non appellaverit Medicum, sicut et aliis, quos tamen diserte inter aseclas Aesclepiadiis memoret Daniel Clericus, appellationem hanc non addiderit; unde non apparere, cur ex simili eius silentio, Celsum non fuisse Medicum, inferatur. Porro Celsum vindicat Noster a criminationibus eorum, qui scepticissimi eum accusarunt, et bonis, ut videtur, rationibus Eclecticum fuisse, demonstrat. Haec fere sunt, quae de Celsi vitae genere *Cel. Morgagnus* disputat. Neque vero magis illum subtilem disputatorem, quam diligentem et curiosum interpretem, cognovimus ex bene multis tum ex Celso, tum ex Samonico adductis locis difficultioribus, quos corruptos vel ex inspectis Codicibus collatisque diligenter editionibus restituit, vel, ubi hinc nihil auxilii est, ingenio emendavit, felici saltē conjectura illustravit, ita, ut Critici pariter ac Medici peritissimi partes

cum laude sustinuerit. Quo pertinet praecipue Epistola VIII. ubi auctoris nefcio cuius adnotaciones in Celsum castigans maximam eas partem vel supervacuas, vel ineptas, vel ipso interdum textu obscuriores esse, critico omnino iudicio demonstrat.

*Parte II.* continentur: De Prospero Alpino Epistole duae. Rogatus Auctor, quae de Prosperi Alpini imagine comperta habet, utraque hac epistola exponit. Edidit huius Professoris vitam Thomasinus in *Illustrium Virorum Elogiis*, in cuius tamen libri quibusdam exemplis imaginem Alpini deesse Noster animadvertis. De Philologo Ravnate et de Angelo Bolognino Epistola. Exponitur in ea de utriusque tum vita cum scriptis, paullo accuratius tamen de prioris, cuius *de Lue Venerea* opusculi integra analysis exhibetur. De Vita et scriptis Dominici Guilielmi Commentariolum. De Vita et scriptis Antonii Mariae Valsalvae Commentariolum. De genere mortis Cleopatrae Epistolae duae. Multum diuque disputatum est ab hominibus doctis de genere mortis huius Reginae, quam a veneno interiisse, inter omnes quidem convenit; sed quale veneni illius fuerit genus, hoc est, de quo disceptatur. Vulgaris sententia est eorum, qui pictores fecuti, Cleopatram admota pectori aspide occubuisse putant, quem quidem pictorum errorem, nemo prudentiorum facile erit, qui adhuc tueatur. Utrum vero (hoc est quod inter eruditos quaeritur) ab epoto veneno, an ab aspidis brachio illatae morsu Regina illa perierit, nunc despiceret et utriusque fententiae rationes excutere luet. Dulce admodum nobis est videre Morgagnum nostrum in partibus eorum, qui aspidis mortum non modo probant, sed, quod ipse in duabus hisce epistolis egregie facit, argumentis etiam maxime probabilibus defendunt et confirmant. Occasionem super hac re differendi praebuit ipsi visa quedam statua morientis Cleopatrae referens imaginem, in qua aspis, non quidem uberibus admota, sed ita brachio

brachio alligata cernebatur, ut ipsius vineuli constrictione irritari et ad mordendum provocari videbatur. Qua de re ad Lancisum, Pontifici Maxi ab intimo Cubiculo, scribens, quid de morte Cleopatrae sentiret, exposuit. Primum non ignorare se ait, qui non aspidis i<sup>t</sup>stu sed hausto veneno reginam mortuam esse, contendenter, eos de isto simulacro dicere posse, quod Franciscus Redius de imagine in triumpho gestata, nimirum aspidem a sculptoribus additam, quod nulla alia ratione significare melius possent, quo illa se mortis genere interemitset. Sed quis, quae<sup>so</sup>, epotum venenum indicaverit serpente, cuius venenum non gusu, sed in vulnere nocere, vel ipse olim Celsus docuit? Accedit testimonium Plutarchi, brachium Cleopatrae, inquietis, duas notas habuisse leviter impressas et humidas; quod mire congruit cum observatione veterum Medicorum ab Aetio adservata, qui in iis, quos aspides momorderunt, non illud modo tradidit, *vulnera in demorso loco, veluti ab acu puncta inveniri*, sed hoc praeterea subiecit, *bina quidem ex masculi morsu, a quibus nihil fluit, nisi violentum animal sit, quod morsum inflxit.* Et quomodo tandem, si locus i<sup>t</sup>stu non apparuisset, Augustus, ut Dio et Suetonius tradunt, admovere Psyllos potuisset, *qui venenum ac virus exsuggerent?* et hi, ut etiam hoc addamus, quomodo exsugere debebant, quod esset potu haustum? Occurritur quidem ab aliis, qui neutrā harum sententiarum plane probant, huic incommodo ita, ut Cleopatram brachium sibi ipsum momordisse aut pugisse, et vulneri venenum instillasse, dicant. Sed præterquam quod haec est mera conjectura, ne rationes quidem eorum adeo graves sunt, quia facilis negotio solvi possint. Nam quod primum aiunt, unius aspidis morsu reginam una cum duabus ancillis non potuisse interfici, quis tandem plures habere prohibuit? et ut unam tantum habuerint, quid cogit, aspidem uno morsu omne exhausisse venenum existimare, siquidem et in viperis animadversum est, interdum non nisi quarto aut sexto morsu omne venenum exprimi?

Addunt, quod Plutarchus fatetur, aspidem ipsam a nomine conspectam esse, sed omittunt, quod ille statim subiicit: *Tractus duntaxat quosdam in littore, qua domus ad mare spectabat, esse visos; indicio, serpentes, post ieiunus illatos, ab ancillis projectos, se illac subduxisse.* At a moribundis ancillis serpentes non potuerunt proiici? Reste, a moribundis; sed potuerunt a mortuū statim. Pavidum denique natura foeminarum animum, quem, ut serpentem a Cleopatra removeant, in subsidium vocant, missis tum familiaritate Aegyptiorum cum aspidibus, de qua Aelianus scribit, tum desperatione salutis in Regina accedente, quae pavidis etiam animum addere solet, hunc pavidum, inquam, animum unum Velleii aequalis fere Historici testimonium satis refellit, qui, *Illata, inquit, aspide, mortuū eius, Jane expers muliebris metus, spiritum reddidit.* Ultimo loco adfert *Cel. Moggagnus* testimonium, quod sententiae de serpentibus stabiliendae mirifice inservit, Horatii, scriptoris Augusto non modo aequalis, sed et perfamiliaris, qui iisdem pene diebus, quibus Cleopatra mortua est, de eius morte primus omnium posteris haec tradidit;

— — — Quae generofus  
*Perire quaerens, nec muliebriter*  
*Expavit ensēm, nec latentes*  
*Classe cita reparavit oras;*  
*Ausa et iacentem visere regiam*  
*Vultu sereno fortis, et asperas*  
*Tractare serpentes, ut atrum*  
*Corpore combiberet venenum,*  
*Deliberata morte ferocior etc.*

Iam etsi verba: *Tractare serpentes, et Corpore combibe-*  
*re venenum, quae illatae aspidi valde congruunt, urgere no-*  
*lis,*

lis, at certe huius testimonii auctoritas valere propterea debet, quia omnibus reliquorum scriptorum, qui aspidis iecum in dubium vocarunt, narrationibus est prius, adeoque nec a sculptorum pictorumve licentia, nec ab aliorum traditionibus profectum esse potest. At enim testimonium est poetae? Est sane, sed narrantis, non fингentis. Nam qui in reliquis, quae de Cleopatra eodem loco tradidit, verum summa fide fecutus est, quomodo credamus, hoc unum, quod ad eius mortem attinet, effinxisse libertate poetica usum? Et ut finxerit, quod tamen nullo modo concedendum est, quid tandem alterum illum ab Horatio, eadem de re tradentem, Velleium potuisse adducere, ut in narratione sua sequeretur fictionem poëticam historicus? Quicquid igitur sit, quod pro sententia de epoto veneno dicant moriem aspidis reiicientes, hoc saltem ipsi non negabunt; si testimonii veterum Auctorum standum est, (et in rebus facti iis fere stari debet,) vix esse, quo sententiam suam amplius tueantur. Rationibus enim philosophicis, ex quo genere fere sunt, quas adducunt, tantum in historia statuendum est pretium, quantum testimonii in philosophia. Eorum in rebus historicis tum demum est usus aliquis, quum traditiones nobis vel nullae sunt, vel quae sunt, sanae rationi repugnant. Quod neutrum in hac nostra causa locum habet. Iaciam satis dicta sint de genere mortis Cleopatrae. Pergamus ad reliqua Part. II. momenta. De Ordinario Frontini Consulatu. Dissenserunt olim in definiendo huius Consulis vero nomine duo illi maxime auctoritatis viri, Norisius et Pagius, quorum ille quidem Frontinum, hic maluit Frontonem. Ali quanto post tamen ipse Norisius, mutata nescio quo causa sententia, adstipulatus Pagio in litteris ad eum datis ipse, *M. Iulium Frontonem probabilius Collegam Traiani poni*, asseveravit. Quod cum factum miraretur *Morgagnus*, rem paulo accuratius expendendam arbitratus, utriusque sententiae praecipua momenta hic exposuit, eorumque vi utrinque diligenter excussa, *Frontinum retinendum esse* satis pro-

probabiliter demonstravit, duabus praesertim rationibus, quarum altera a Fastorum auctoritate, altera est a veterum Scriptorum testimonii petita. De quadam Librorum M. Varronis particula, ut legitur in Veteri Cod. Epistola. In Vitruvii locum ad tempus, quo scripsit, attinentem, et in alterum veteris Auctoris Compendii Architecturae Epistola. Dubitationes quasdam proponit Cel. Morgagnus de isto Vitruvii loco, quae, ut, quales sint, eo melius intelligatur, ipsius verba huc lubet transferre. Inscriptio epistolae est: Ad Marchionem Polenum. „Haereo, inquit, nisi tu forte, Vir „Clarissime, aliter legis in Vitruvio. Dices, ubi? Libre II. „Cap. 9. Ibi enim postquam alnum, scripsit, *in palustribus* „*locis infra fundamenta aedificiorum palationibus crebre fixam* „— — *permanere immortalem ad aeternitatem, et sustinere* „*immania pondera structurae, et sine vitiis conservare* etc. tum „haec subiicit: *Eft autem maxime id considerars Ravennae,* „*quod ibi omnia opera et publica et privata sub fundamentis eius* „*generis habent palus.* Quae cum lego, Strabonis simul venit in mentem, qui Tiberii aeo de eadem urbe longe alia edidit Lib. V. sic haerere me fateor, ut propemodum suspiciari incipiam, aut ea, quae modo de Ravenna descripsi, non esse a Vitruvio, aut si forte sint, non hunc libros suos Augusto, sed, contra ac plerique, nec sine multiplici ratione creditis, alicui obtulisse posteriorum Imperatorum. Nam si, ut summus ille Geographus post Augusti obitum mandavit litteris, *intra paludes urbs maxima Ravenna posita, erat* „*adhuc tota lignis compacta aedificiis* (*ξυλεπωγης ολη*) qui fieri potest, ut in ea, vivente Augusto, *omnia opera et publica* „*et privata eiusmodi essent palis fundamentisque suffulta,* „*quae non modo sustinerent immania pondera structurae; sed* „*(quod diu ante exaedificata opera significat) sine vitiis* „*etiam conservarent?* Exemplum igitur ad confirmandam Vitruvii sententiam ab Ravenna maxime petitum, non scriptorem Augusto coaevum, sed aliquem potius videtur indicare, qui, postquam Claudio amplau illam et marmori-

bus

„bus ornatissimam portam, quam Auream vocabant posteri, murosque Ravennae dederat, tunc demum viveret, si „ve is Vitruvius, quod alii eius librorum loci minus credibile mihi faciunt, sive alius fuerit, qui Ravennae exemplum in ora addiderit codicis sui, unde postea sit inter Vitruvii verba translatum.“ Hactenus *Morgagnus*. At enim nobis iste Strabonis locus non satis videtur efficere quod eo adserendo Vir eruditissimus effici voluit. Vix enim apparet, quaenam sint illa *longe alia* in narratione Strabonis, quae ab iis, quae Vitruvius eadem de re tradit, adeo abhorreant, ut inde colligi possit, Vitruvium esse aut aeo Augusti iuniorem, aut locum eius interpolatum. Quid, quoefo, impedit; quo minus Vitruvii *opera publica et privata* una stare possint cum Strabonis *lignis aedificis*, aut quid cogit, *in manu pondera structurae* alia Ravennae fuisse, ac lignea, statuere? Dissensus igitur, quem Noster in his duobus locis sibi reperiire visus est, aut non est tantus, quantum ipse putat, aut propter scriptoris brevitatem non satis explicatus. Maiorem habent speciem, quae ad alium veteris cuiusdam Anonymi locum *Cl. Morgagnus* coniicit; ubi, cum cerullae conficienda rationem Scriptor proponit, verba edita sic habent: *Sarmenta vitiosi vineae infuso aceto in dolio sub tabulis plumbis deponantur*. Pro quibus Noster: *Sarmenta vitis amineae vult reponi*. Sequuntur Laudationes a *Morgagno* habitae olim, cum Gymnasiarchas, aliosve, Doctoris Insignibus exornaret. In Scriptores Rei Rusticæ Epistolæ quatuor. Harum duabus prioribus continentur maxime annotationes in Columellam, Varronem, et Palladium, quorum loca non pauca aut vitiosa, aut dubia adducuntur, et tum consulendis Codicibus, tum conferendis pluribus editionibus, ita emendantur et illustrantur, ut, quod accerrimo summi Critici iudicio indignum sit, vix reperias. Duae reliquæ versantur circa emendationem Pub. Vegetii ex Columella, unde Vegetius non pauca in libros suos de Arte Veterinaria transtulit.

*Parte III.* continentur Epistolas XIV Historico-Criticae, quae nunc primum prodeunt, Aemilianaæ dictæ, non modo quia pleraque olim scriptæ fuerant in Aemilia; sed et quia omnes ad Antiquitates et Geographiam continent partis non modicae illius provinciae, id quod ex subjectis hic singularum argumentis facile apparebit.

*Ep. I.* Novus accusator Flavii Blondi, super patria Cornelii Galli, refellitur, accusatoris errores ostenduntur. Inter haec de versibus agitur Gallo suppositis. Porro instituitur disquisitio, quo Lycoris tempore Antonium in Galliam sequuta sit, quo anno Gallus natus, cur Foroiuliensis esse non potuisse videatur, et tandem Lycoris quae fuerit? de qua Ciceronis loci et Plutarchi adversus interpretes quosdam illustrantur. Sub finem epistolae agitur de Galli genere, de quo quidem satis certi nihil suppetit, nisi ad genus referre velis, quae Suetonius de eo tradit, in August. c. LXVI, ita scribens: *Neque enim temere, ex omni numero, in amicitia eius (Augusti) afflicti reperientur, praeter Salvidienum Rufum, quem ad Consulatum usque, et Cornelium Gallum, quem ad praefecturam Aegypti, ex infinita utrumque fortuna provexerat.*

*II.* Exposita huius epistolae scribendæ causa, primum eos errare, qui Bedesim et Vitim eundem omnem fuisse putant, demonstratur testimonio Plinii, qui Hist. Nat. L. III. c. 15. utrumque diserte distinguit. De duobus Forolivensis fluminibus, Roncho et Montono, uter Redesis fuerit, quomodo inquirendum. Nec Polentani, nec Veneti, Ravennam his fluviis cinxerunt; neque horum infra Ravennam confluentes Plinii tempore, et pluribus insequentibus seculis, esse potuerunt. Inter haec Agnelli Ravennatis duo loci emendandi, et errores quidam Cluverii, indicantur. Montonum fuisse Bedesim Plinio, Ronchum autem Vitim, coniicitur, et circa hunc hallucinationes Alberti, Ferrarii, Bandandi, ostenduntur. Tum obiectioni, cur Plinius in enarratio-

MENSIS SEPT. ET OCT. A. MDCCCLXIV. 171

randis his fluvii Montonum omissoe videri possit, occurritur, Ronchum ipsi fuisse Vitim confirmatur. Hinc occasione data, error Cluverii et aseclarum, de antiqua Solona, evidentissime retegitur. Geographi plerique, et eorum Tabulae, in duobus illis fluvii graviter peccant. Quaeritur, Vitis in Plinio sit legendum, an Utis? Posterior lectio probatur Cluverio, qui tamen ex confensione Codd. et vetustorum, et recentiorum, qui omnes habent Vitis, refellitur; nec adiuvatur is loco Livii Dec. I. l. 5, ad quem pro *Utente*, sicut veteres libri habent, *Vite* esse legendum, iam Sigonius animadvertisit. Denique, quod paullo ante coniectum fuerat, Ronchum antiquis fuisse Vitim, virorum quorundam doctorum auctoritate confirmatur.

*III.* Quae superiori. Epistola brevius attigerat, eorum in sequentibus uberiorem Auctōr instituit explicationem, de quinque fluviis in Ravennae aestuaria olim influentibus sigillatim dicturus. Primo quidem loco consideratur Padus. Unus de Padi alveis per medium Ravennam ferebatur, non tamen, ut quidam Interpretes Dantis credunt, huius aetate. Initium ex Spinetico Padi alveo infra Vatreni fluminis confluentes cepit, nec angusta, sed augusta Fossa dicendus. Huius amplitudo, advecko simul cum aqua ex aliis alveis limo, paullatim cōtrafacta est, ut nulla iam sit. Quod cum minus attenderent Geographi, factum est, ut plerique de fossa ista non satis accurate tradicerent. Agnelli de fossa ista loci illustrantur. Intēr haec quaedam de porphyretico Theoderici Sepulchro ab Agnello tradita, cum posterorum autem scriptis difficile concilianda, attinguntur; Butrium ubi fuerit coniunctur.

*IV.* De secundo et tertio flumine agitur, Anemone et Bedesi. De Anemone errores quidam Geographorum indicantur. Errant, qui italice *Anone* credunt, non *Lambode* esse dicendum, et quomodo vox illa prima nata sit, et unde alia *Anemonis* nomina. Circa eius finem errores Geographorum

phorum recensentur. Bedesii. In duobus amniculis, ex quibus oritur, error indicatur in Dante intelligendo: tum errores alli in Tabulis Geographicis. Quo primum tempore supra urbem fuerint duo illi amniculi unum in alveum corravati, et quales huic, et quando pontes impositi. De antiqua utriusque amniculi per urbem via, et quae hinc consequantur. Agnelli scriptoris Ravennatis loci, qui ad Bedesim videntur spectare, considerati. Adiiciuntur praetera alia de Bedesi, quae fere pertinent ad confirmandum magis id, quod Ep. II. de Ronchi et Montoni apud veteres adpellationibus dictum fuerat.

*V.* De quarto et quinto flumine, Viti et Sapi. Vitis nomen confirmatur. Ronchi nomen ab Roncho castello deductum; de ponte alio tempore illi imposito; et vetus Inscriptio ad pontem quomodo legenda. Unde Aquaeductus sit etiam vocatus, inquiritur; ubi de templo et rure eiusdem nominis. An ab Aquaeductu Theoderici, aut Romanorum potius; ubi alia de Aquaeductu Ravennate. Quae Galeatae ad Theoderici Palatum et Aquaeductum spectare possent, quaesita. In marmoribus ad templum, de quo paulo ante dictum, frustra, quae ad Aquaeductum spectarent, quaesita: ubi et de columella, ad illud templum conspicienda, agitur, indicaturque, quid fuerit, et cur gemina Inscriptione, litteris inter se adversis, incisa.

Boccaccii de fluminibus locus expenditur, indeque aliquid contra Cluverium dederuntur. Aliorum errores in aliis Ronchi nominibus. Sapis. De hoc flumine adnotantur recentium Geographorum errata, ex vexatissimo illo Lucani versu fortassis orta:

*Cruftumiusque rapax et iunctus I Sapis Ifeuro.*

Quo de versu quid sentiat, late aperit Morgagnus; neque id alieno prouersus loco, siquidem tota eius disputatio eo reddit, ut explicatio Sapis, de quo dicere instituerat, eo plenior efficia.

officiatur. Posthaec, notatis aliis aliorum hallucinationibus, etiam de Crustumio, oppido apud Anastasium Bibliothecarum memorato, verba sunt. Denique Sapis quo tempore a Classensi portu, si unquam tamen in eum influxit, avitus fuisse videatur.

*VI.* Ravennae aetuaria quibus limitibus circumscripterentur, ad mare praesertim, et primum Orientem versus. Classensis portus amplitudo et autor. Inquiritur, num Plinius, ut plurimi aiunt, scripsit, Pharum portus huius fusse maximum omnium Rom. Imperii, et num sacra turris S. Mariae in portu is Pharus fuerit: cuius templi qui conditores credantur, et quo tempore. Classensis Phari fundamenta, quae alibi reperta dicuntur. Mussivum opus, in quo is Pharus repraesentari creditus est, describitur, Classis oppidi et Caesareae limites indicantur. Explicatur causa, cur Classis oppidum sit extructum. Castra hiberna Classiariorum, ut Pighius loquitur, paranda fuerant in perpetuum tempus, itaque et tutelae, muro et disciplinae causa cingenda. Ad milites igitur, ad turmas, ad socios navales, ad fabros maximaee classis excipiendo, locumque his praebendum idoneum, quo suum exercent munus, iis castris opus fuit, quae oppidi magnitudinem aequarent. Paullo difficultius est negotium, constituere, quod usque ad tempus apud illud oppidum fuerit classis Romanorum. Quod ut determinetur, quaeritur, ad quem de tribus Valentianis Vegetius libros miseric de Re Militari, nisi potius ad Theodosium II. misit. Classense oppidum ad quod usque tempus persistit, inquiritur. Posthaec de Caesarea, et via, et oppido, agitur. De ponte Candiani; et num fluvius ullus fuerit eo nomine, isque aquis praesertim copiosissimus. Errores notantur Geographorum, aliorumque. Quis fluvius in veteri Inscriptione videatur intelligendus nomine Badrini. De Vatreno flumine; et quomodo legendus accipiendusque sit Martialis locus? Est ille Epigr. 66. ubi poëta viam ostendit,

dit, per quam ex Forocorneliensi agro transiliat Ravennam  
De Vatrei influxu in Padum non semel mutato.

**VII.** De littore Ravennate ad Occidentem. Considerantur Agnelli de Aede S. Mariae ad Blachernas quidam loci. De Portu Ravennate. Qualis locus, ubi Ravenna primum condita est, et quomodo, et qua de causa non ipsa a mari, sed mare ab ipsa recesserit, et quibus saeculis. Caussae mutationum portuum Ravennae exponuntur, et tandem qualis Ravennam missa fuerit Inscriptio, quae sub Pontificis statua insculperetur.

**VIII.** Praemissio huius et sequentium epistolarum argumento, Geographorum lapsus in Padi primis duobus aliis, in Vatreo et in Sylva Lucana indicantur. De Cotignolae oppidi conditoribus. Errata Geographorum in Anemone fluvio. Prope Martianum torrentem, qui ex Apenninis montibus defluit, Anemonem austurus, est Mutiliana. Hinc quaeritur de oppido isto an idem sit cum Castro Mutilo Livii, quod L. XXXI. et XXXIII. commemoratur. Antiqua Solona ubi perperam quae sita, et ubi fortasse quaerenda sit. Ad finem errores Geographorum adnotantur in fluviis Foroliviensibus.

**IX.** Forum Livii a quo et quando conditum sit, conicitur, neque obstat Strabonis et Melae silentium. Quatenus Livia dictum sit? ubi de duabus inscriptionibus, Cur paucae supersint. In his duae commemorantur celebres ob adscripta Consulum nomina. Conditum Forum inter amniculos duos. Eius antiqua tum longitudo, tum latitudo modica, ditio autem olim ampla. Cur eius viae quatuor maiores vocentur Suburbia. De pontibus alteri amniculorum impositis et restitutis cum Inscriptione, quae quomodo legenda. Peculiarium nominum, quibus singula Suburbia et Portae adpellantur, caussae inquiruntur. Portae olim plures

plures quatuor. Muri, fossae, et tres arces, quibus urbs muniretur, quando incipi aut restitui potuisse videantur. De urbis foro antiquo et novo, huiusque ornamentis, et de multis in urbe turribus. Coenobia quaedam quo tempore aedificata. Episcoporum quatuor Foroliviensium nomina indicantur, Episcoporum Catalogo, in quo defunt, addenda. Quomodo eorum Chronologia reddi exactior possit, et Praetorum Foroliviensium saeculo XIII. nomina ad duodecim nosci queant. Caussae denique recensentur, quare antiquiora civitatis documenta interciderint, incendia praesertim, quorum maxima suo quaeque tempore indicantur.

**X.** De Cornelio Gallo, poëta, et primo Aegypti Praefecto, cuius Ep. I. mentio facta est, rursus agitur; et primum quomodo distinguendus sit ab aliis, qui cum eo confusi fuerunt. Gesta aliorum perperam ipsi tributa, et vera ipsius distinguuntur. Mortis eius, de qua supra iam dicta quaedam sunt, hoc loco credibilior caufsa, et modus certus proponuntur. Eius scripta, quae supposita, quae dubia, quae certa, et haec quod usque ad tempus servata. Quo in pretio fuerit apud alios poëtas. Ad ea, quae de Cytheride, et de tempore, quo Antonium secuta sit, in Ep. I. scripta sunt, adiungenda. Alia de Gallo, tum dubia, tum certa. Attigerat iam supra *Morgagnus* obiter controversiam super Galli patria motam; hic fuisus, quae hic pertinent, exponit, et commemoratis primum in huius poëtae patria definienda difficultatibus, ad rationes eorum respondet, qui Foroliensem fuisse contendunt. Porro de multiplici vocis Foroliensis significatione agit, et praesertim de Foro Iulii Narbonensi, et tandem rationem, cur Foroliviensis potius credendus sit Gallus, non contemnendam adducit.

**XI.** De Blondo, quem Ep. I. contra criminationes quorundam defenderat, iterum agitur, eiusque nomen Flavium fuisse confirmatur, et quod nomen ayo fuerit, ostenditur;

ditur; unde quaedam, quae ad rem faciunt, deducuntur. Blondi probitas laudatur, et quidpiam, quod in Recineti Episcopum dixit de Decessore, non de optimo eius Successore Nicolao Hafleo, omnino intelligendum esse declaratur. A vita et moribus Blondi transitur ad eius scripta, et ex iis quidem, quae inedita adhuc creduntur, unum Oxonii esse dicitur calamo exaratum, inscriptumque: *de Cosmographia Italiae*, de quo *Morgagnus* coniicit, esse forte exemplar quoddam, antequam typographia institueretur, descriptum Operis, quod ipse autor edidit, quodque omnium iam nunc in manibus est, *Italiae Illustratae*. Huius enim regiones, urbes, oppida, lacus, flumina, montes, secundum prisca singulorum nomina, id quod ibi Blondus facit, recensere, quid aliud est, quam huius orbis partem describere? Sic etiam *de Roma Instaurata* libri ab aliquo inscribi poterant *Topographia Romae*. Utcunque id est, quanti laboris, et quantae simul utilitatis ea Blondi fuerint scripta eo tempore, facile erit existimare cogitanti, neque ipsi alios, qui idem tentassent, per ea saecula praeluxisse, neque antiquos intelligi potuisse scriptores, nisi traderetur, quibus nominibus, quas Italiae partes, et quae Urbis loca designassent. Excusatur, si qua forte in re lapsus sit, Blondus, ratione temporis, quo vivebat, et multitidine occupationum, quibus distentus libros suos conserberet. Nec est cur negligentiae arguatur post tantorum virorum testimonia, qui eius in scribendo diligentiam maximopere laudarunt. Patriam non plus quam aequum esse videretur amasse ostenditur contra eos, qui amore patriae ductum, Eusebii Idcum de Gallo Foroiuliensi corruptisse, iactitarunt. Eius fides in illa quoque Inscriptione defenditur, quae attinet ad Rubiconem. Quid censendum sit, quaeritur, de tegula quadam Forolivienti, ad Sextum Rubrum Historicum spectare credita. *De Hieronymi Mercurialis vita, meritis, et scriptis, editis et ineditis plura, et circa haec illam non paucae quorundam hallucinationes notatae.* *De Jacobo a Terre, aliisque Forolivienibus Philosophis et Medicis.* *De Cardinalibus et Episcopis.*

**XII.** Reditur ad fluvios Forolienses. Agitur de Viti, oppidisque ipsi adiacentibus, notatis erroribus Geographorum. Galeatae varia nomina, quam fuisse olim Municipium, Mevanolam dictum, confirmatur. Errata Geographorum. Arcis Meldulensis Inscriptiones tum editae, notatis erroribus, tum ineditae, cum adnotationibus propo-nuntur.

**XIII.** Ab Inscriptionibus, quo diverterat Autor, redit ad fluvios, ipsisque adiecta oppida. Primum de Pineto Ravennate, tum de Foro Popilii et Bertinorio verba fiunt, erroribus Geographorum sive aliorum adnotatis. Inter haec de positu illius Fori et vicinarum urbium scribitur, et de antiqui Ravennatis Anonymi Cosmographia. Tum de Inscrip-tione perperam ad Forum Popilii spectare credita. Ber-tinorii priscum nomen aliter ab aliis propositum. Nomen Petrae Honori, illi datum, in quem gravem errorem quos-dam olim et nuper induxit, ostenditur.

**XIV.** Hac denique Epistola de Sapi fluvio, adiectis que ipsi urbis, sermo habetur: et primum de Sarsina, ubi errata notantur, tum in eius nomine scribendo, tum in ipso et Bobio intelligendo. Quid sit Sapinia Tribus, inquiritur. Eruditorum alii, istam Tribum fuisse, scripserunt, unam ex 120. Tribubus Gallorum Boiorum; alii autem, qui multo plures sunt, inter Romanas Tribus referendam esse existi-marunt, quae aut nomen postea mutaverint, aut non uno appellarentur nomine, aut ad ferenda suffragia simul cum aliqua magis notarum admitterentur. Quam utramque sententiam eorum, qui pro ea Tribu intelligi populos putant, uti minime improbat Morgagnus, ita testimonii Livii, ea-dem quoque Tribu significari ipsum tractum, quem illi po-puli incolebant, demonstrat. Locorum alter est L. XXXI. ubi ita scriptum: P. Aelius Consul in Gallia C. Oppium prae-fectum tumultuaria manu per Umbriam, (quam Tribum Sapini-am vocant,) agrum Boiorum invadere iussit; alter L. XXXIII.

Z L. Fu-

L. Furius Pūpureo Consul *per Tribum Sapiniam* in Boios venit. Post haec Caesena nomen, erroresque circa ipsum indicantur, et cur dicta Curva et Flavia Papia, inquiritur. De vīnis Caesenatibus. Disputatur contra eos, qui vīna Caesennia ac Mecaenatiana, apud Plin. Nat. Hist. L. XIV. c. 6, commemorata, eadem esse tradiderunt. A Caesena pergit Auctor ad Cerviam, quam nec pervetus tam, nec tamen valde recentem urbem esse, ostendit. Tandem, quid locus fuerit dictus Ad Novas, et de vico ad portum Caesenatem, sermo habetur, ubi et dubitationes quaedam super controversia de vero Antiquorum Rubicone proponuntur.

Haec igitur sunt praecipua Opusculorum *Morgagni* capita. Quibus perlustrandis tantum abest ut Auctoris apud nos exitimatio vel minima ex parte diminuta sit, ut potius nova hinc incrementa ceperit. Nam sive eum de ratione corporis humani praeipientem Medicum, sive in verum antiquorum scriptorum sensum, resque abstrusiores historicas inquirentem audiamus Criticum, in omnibus pariter versatissimum et diligentissimum, et, ut uno verbo dicamus, in omnibus loquentem audimus Morgagnum. Sunt fortasse nonnulla in Epistolis, praesertim Aemilianis, quae leviora videri possint extra Italiam viventibus; sed ne hi quidem habebunt quod recte carpant, si reputaverint secum, Italum ea ad Italos, et saepe rogatum scripsisse. Et praeterquam quod inter ea, quae civibus suis proprie scripsisse videntur, multa reperiuntur ad recte intelligendos veteres scriptores valde utilia: orationis elegantia et concinnitas certe etiam exteris, qui minus forte current oppida, amniculos, pontes, et Inscriptiones Italiae, suppeditabunt quo inter legendum delestantur. Quae cum ita sint, nihil profecto optaverimus magis, quam plura huiusmodi scripta ab eruditissimo Auctore edi; nisi senem ad scribendum provocare nonagenarium nefas putaremus.

PHILO:

MENSIS SEPT. ET OCT. A. MDCCCLXIV. 179

*PHILOSOPHIAE NATURALIS SIVE PHYSICAE  
dogmaricae TOMUS II. continens Aerologiam et Hydrologiam, vel scientiam aëris et aquae, tanquam continuationem Systematis Philosophici Cl. rist. L. B. de Wolff.  
Auctore MICHAELE CHRISTOPHORO HANOVIO,  
Gymn. Acad. Ged. Prof. Philosoph. eiusdemque  
Bibliothecario,*

Halae Magdeb. prostat in officina libraria Rengeria  
MDCCCLXV. in 4to, complexa pagg. 778. cum tabb.  
aen. III. et indice locupletissimo.

**N**on immeritis Tomum I. huius Physicae dogmaticae laudibus nos prosecutos esse, et iudicia de eo aliorum Virorum doctissimorum docuerunt, et lectio huius Ildi Tomi quenvis fatis superque docebit. Quo enim magis Hanovius, tot illustribus in orbe erudito speciminibus clarus, ad intimiora systematis Physicae Wolffiani, quod optimis Academiae Caesareae naturae curiosorum, Petropolitanae, Parisinae, Londinensis, Suecicæ, et caeterarum, ut et clarissimorum Virorum, quae in publicum prodierunt, inventis superstructum, ac eximio ordine digestum est, capita illustranda progreditur: eo clarius eius elegantia ac soliditas legentium animos perstringit. Excusso, ut in recensione Tomi I. declaravimus, inter elementa rerum materialium aethere, et explicatis plerisque Phænomenis, quae ab eo pendent, caetera hoc Tom. Ildo elementa, eadem dexteritate, in Aerologia scientiam aeris, et in Hydrologia scientiam aquae, maximeque memoranda quæ illorum vi fieri queant, et solent, magno cum eruditioñis ac doctrinæ apparatu explicat. Auctor Cl. Viam vero sibi ad solide pertractandas has scientias munit in antecellum, stabilendo aetheris aerisque cum similitudinem, tum dissimilitudinem, essentiae ac naturae immutabilem, ac demonstrando, maxime absurdam esse eorum sententiam, qui fieri posse statuunt, ut ex aethere aëris, et ex

Z 2

aëre

aëre aether rursus fiat. Ex qua sententia cum maxima rerum confusio, innumeraeque inter Physicos controversiae enatae sint, auctor Cl. omnes ingenii vires eo intendit, ne iisdem hoc sistema implicetur atque irretiatur, demonstrans, et extra omnem dubitationis aleam certis argumentis ponens, Aërem esse soni principium, et materiam sua natura propriam, aetherem vero lucis, caloris, colorumque: aetherem purum, quantumvis condensatum neque sonuisse unquam, nec sonare posse, aëre prolsus remoto; neque aërem quantumcunque attenuatum compressumque per se exferere aut capere aetheris vibrationes, vi sua tam pernices, quibus lux calore oriatur; nullam quoque rationem aut methodum suppetere, aërem prolsus ab aethere liberatum exhibendi, quare in ipso quaedam emergere aetheri admixto tribuenda: solam perniciatem motus progressionis et vibrationum utriusque, ut virium insistarum effectus, ad haec evincenda sufficere abunde, utpote quae multis millibus maior in aetherre quam in aëre dari possit: in quo vim aëris ratione tam debilem tamque inferiorem esse vi aetherea, ut insigne intervallum detur, sensibus manifestum, inter summam vibrationum aëris celeritatem et progressionem, et initium vibrationum aetherearum, infimam lucem et colorem constituentium. Quantam vero diversitatem aërem inter et aetherem constituit A. Cl. eandem evincit inter aërem atque aquam intercedere, idque manifesto patere putat cum ex longe tardiori aquae progressionie ac vibratione in ea excitata, tum ex multo maiori densitate et gravitate eiusdem, quae fere milles excedit vires densitatis gravitatis que aereae. Nec aliter comparata est terrestris elementi indoles in hoc systemate. Cum enim in eodem evictum est, elementa non esse nisi prismam corporum materiam, ideoque simplicem: neesse est ut terra quoque simplicitate cum caeteris elementis conveniat, nec nisi natura propria, h. e. gradu virium elementarium omnino diverso differat. Quae cum propria sit terrae, adeoque fieri nequeat communis, sicca autem

autem a Philosophis aequae ac in genesi mundi Mosaica dicatur, ex evoluta distinctius siccitatis indole rationes et argumenta deducuntur, cur nec aqua fieri terra, nec ex aethere aut aere coalescere terra, nec terra in aquam, aerem, aut aetherem transformari possit. Maximo studio haec ipsius Cl. auctoris verbis notavimus, cum ea maximi momenti esse, et omni accurate consideratione dignissima, iudicabant nobiscum ii, quibus Veterum Physicorum Cosmogoniae, et nonnullorum recentiorum, inter quos nominasse sufficiet Viros eruditione eminentes, Boylium Nieuwentitum, Hookium, Ellerum, placita cognita sunt. Multis profecto non solum incommodis et difficultatibus, quibus sententia contraria obruitur, firmis constituta sententia clarissimi auctoris argumentis, liberatur Physica generalis; sed etiam plurimorum commentorum errorumque fontes obstruuntur, ac veritatis adyta aperiuntur. Aerologia ipsa, una cum adiuncta aerometria, quatuor absolvitur capitibus. Caput primum edocet aeris naturam, edendi et diffundendi sonos tonosque, non solum clare, sed et distincte concipiendos, qua intervalla progressionis duplæ ac intermedia, qua voces, cantus, concentus consonantiam, qua intelligenda instrumenta campanarum, chordarum, tibiarum, tubarum, fragorum principia et fundamenta acusticae, diacusticae, et catacusicæ. Docet hoc caput praeterea naturam ventorum variam, qua directionem, extencionem, magnitudinem, celeritatemque eam qua irruit in vacuum, itaque et rarefactionem, et condensationem, et vim elasticam. Docet statum aeris fluidum et fixum humidum et siccum, calidum et frigidum, turbidum et serenum, nisum ad aequilibrium, gravitatem, indolem spirabilem, vitalem salubrem et insalubrem, necessitatem ad Hammam. Docet eius vim resistendi, naves et machinas agitandi, reflectendi sonos, propagandi, et remittendi unde multiplex echo, eiusque leges considerantur, et artifacia focorum phonicorum. Docet vim sonos intendendi, virtus diffingendi, tubas stentoreas, cornua, et aures artificiales. Docet anemoscopia et anemometria velocitatem ventilato-

tilatoris, turbinumque manometra, pycnometra, thermometra, aeria praesertim, psophometra, tonometra, echometra, hygrometra, et aeria prela. Ex quo rerum praestantissimarum, admirabili eruditionis apparatu tum ex aliorum penu, tum ex propria meditatione deprompto, declaratarum indice, lectores perspicere possunt, quanta vel hoc unicum caput superbiat rerum copia ac varietate. Maiores vero invenient progrediendo ad caput huius sectionis secundum, in quo auctor Cl. differit de natura atmosphaerae, vaporum et exhalationum, unde omnis telluris fertilitas derivanda, usque atmometrorum et hygrometrorum ipsam vero Atmosphaeram in tres dividit regiones, ac de earum altitudine eruditus differit, nec non de gravitate per barometra innotescente, cum supra montium cacumina, tum in profunditatibus accessis, item in phaenomenis antlia pneumatica productis, elatometro melius ostendendis. Inquirit deinceps in figuram et vires atmosphaerae resistendi, premendi, movendi, gignendi turbines, in thermobarometra, in extraordinariam barometrorum altitudinem, in naturam folium, siphonum, Antiarum, scloporum pneumaticorum, molarum pneumaticarum, in torcularia atmosphaerica, vim pulveris pyrii, aerolenos et antliam vaporum fervidam. Insignia in hoc capite articia, in machinis ingeniis inventis, ac usibus vitae communis destinatis, magna follertia annotata invenient Lectores; interque alia maxime se commendabunt ea, quae circa machinam Hellanam auctor Cl. differit. Tertio dein capite omnis meteorologia explicatur aetherea. Ubi explicatis in antecessum in genere meteoris, enarrantur emphatica, tum in inferiori, tum in superiori atmosphaerae regione: singula huc spectantia luculenter, ac admirabili ordine reconsentur. Lectu digna sunt quae proferuntur de ignibus fatuis, noctivagis inanimis, lambentibus marinis, noctilucis animatis corporibus inhaerentibus, cicindelarum, pyraustarum pisiculorum, ostrearum, nec non de scintillis electricis pilorum, succinorum, vitrorumque. Posthaec explicantur meteora emphatica regionis superioris, et quidem


prime

primo lucentia, ut anticipati per refractionem siderum ortus, dilucula, variis arcus lucidi, in coelo apparettes, trabes vel columnae, stellae cadentes, dracones volantes, faces coelestes, caprae, hiatus et retrocessio sciaterici; deinde colorata, ut pallor lunae, solis, color coeli caerulei, irides multiplices, extraordinariae quoque inversae, solares et lunares, coronae, et halones solis lunaeque concentrici, eccentrici, verticales se interfecantes et contingentes, cum parheliis, paraselenis, antheliis, hypeliis, hyperheliis, ac crucibus lucidis, nova plane ratione explicatis, adiuncta iridometria et halometria. Summa praeterea cum voluptate in hoc capite legimus, quae notavit Cl. auctor de auroris borealibus, et in primis de meteoris emphaticis rarioribus, res terrestres in nubibus veluti depictas in speculo exhibentibus; quae effigies coelestes seu icones aeriae rerum terrestrium, animatarum aequae ac inanimatarum, appellantur. Tandem sequuntur meteora ignea, calida aequa ac urentia. Hic tempestates statae et variabile, caloris frigorisque, explanantur, tum fulgura, fulgetra tonantia, et fulmina variis generis, in his et congelantia, et magneticas acus in contrarios polos invertentia, nec non bohdes et globi igniti, praesteres, et terrae motus. Quartum iam caput considerat meteora aquae et mixta; Illa sunt vel liquida, ut vapores, fumi, nebulae, nubes, ros, piecas, pluvia, imber: vel gelata, ut pruina, nix, grando. Quae dum qua genus, causas, phaenomena, vires effectusque, enucleantur, accurate simul expenduntur quae ad nephometriam, scotometriam, anemometriam superiorem, drosometriam, et hyetometriam illustrandam pertinent. In gelatis occurunt geliditia, effigies mirae, nivis varietas, unde sit eius summa albedo, ratio ad aquam in quam deliquescit, usus et noxa; grando extraordinaria, ut lapides glaciales, ova interdum aequantes. Mixta vero sunt odores et odoramenta variis generis, osphrantiam desiderantes, et osmometriam; procellae turbines, terrestres et hypogaeae seu subterraneae; tubae turbineae terrestres, marinæ, ac coelestes, stupendæ haud raro violentiae. Eadem rerum varietas exhibetur in secunda

secunda Partis IIdeae sectione de Hydrologia. In eius capite primo agit Cl. auctor de hydrologia generali et pura, adiecta hydrometria. In illa docet Cl. auctor aquam puram esse elementum humidum fere millies maiori gravitate praeditum quam aer, ac principium et materiam omnis humiditatis, puram esse insipidam, inodoram, limpidam, pellucidam, specularem, evaporativam, et alimentorum vehiculum. Agit deinceps de statu eius duplice, fluido ac stabili, eiusque causis et notis, ostenditque, fluidae gradus caloris esse inter Farenheitianos 33. et 212. quo in mediocri atmosphaerae gravitate bullit, et copiose in vapores sursum abit. Docet praeterea in hoc capite vaporum ferventium diffusionem in spatiū 1400 maius, vim quanta sit, et e bullitu oriundam thermobarometrum Farenheitianum, una cum gradibus intermediis inter gelationem et bullitum constantibus, et expansionem voluminis aquae per calorem, et mutatam sic gravitatem antequam evaporet. Docet ibidem gelatam et in vacuo fieri glaciem duram, quasi vitrum naturale; in cuius inquirit rationem, et vires ferendi distendendique, et variam refrigerationem, qua nondum glaciatur, nec non intensiōnem gelidae glaciei naturalem artificialemque: docet praeterea, inesse aquae vim solvendi, et soluta velut imbibendi, bifariam, extime intimeque, et veri similem eius statum fixum in siccis corporibus, quaeque in eo retineat, vimque elasticam ad aequilibrium quaquaversus nitentem, et causam fontium salientium Heronis et Hellani: variaque de vi ignea extinguendi, hydracontisterio, machina hydropyria, et hydrometri usu proferuntur, declarato simul usu aquae hydrostatico amplissimo. Capite secundo de hydrologia speciali ac mixta, h. e. aqua impura, agens, illam dirimit in communem et peculiarem. Communis dignitatem fere telluris superficiem occupat, et vel salsa est, vel insulsa seu dulcis: salam continent Oceanus et Maria; insulam potissimum lacus atque fluvii. Excutit itaque Clar. auctor naturam salae ac marinae, propter contenta salina et oleosa gravioris, eiusque diversam saluginem, unde, et cur sit, et quomodo insulsa et pota-


potabilis fieri possit aqua marina; deinceps expendit aestus marinos, cum ordinarios, tum extraordinarios, apertis caulis, a quibus depe idet, et quomodo astrometro mensuroretur discernaturque ab aliis motibus ei a finibus: solide natura gurgitum, voraginum seu euriporum, syrtium vel turbinum marinorum, declaratur, adiuncta disquisitione de figura exteriore et profunditate Oceani, bathometris ex parte dimetienda, nec tamen ubique aesse quenda, sed tantum coniectanda: de sinibus, aestuaris, fretis, tentaminibus coniungendi maria, hypothetica aquae marinae summa, positne integrum tegere telluris superficiem; de difficiliori congelatione, montibus Oceani glacialibus, saepe stupendis, ac fluctibus noctilucis Tandem agmen claudit disquisitio copiosa, de aqua dulci stagnante, ac currente: illam continere ait lacus, stagna, paludes differentis varietatis; hanc fontes rivos, fluviosque. Quemadmodum vero rationes lacuum diversorum, naturalium et humana arte factarum, stagnorum, paludum, caespitum ibidem combustibilium generatorum explicat: ita non minus luculentter declarat originem fontium, diversitatem, latitudinem investigationem, deductionem in puteos, cisternas, fossas, castella, extraordinariamque fontium intermittentum, faxicorum, mineralium, salinorum, sulphureorum, mercurialium indolem, docetque mineralium alios esse salubres, alios insalubres, unde opus esse hydrocimisia, vulgaris et artificialis, physica, chemia, et hydrostatica. Ultimo considerat, qua ratione aqua e fontibus transvat sequit explicet in rivulos, rivos, fluvios, et flumina, ibique de eorum alveis, pulvinis, vadis, campis seu insulis, cataraetis subdialibus, subterraneis, mixtisque, de vi lluviorum, ac de modo applicandi vim aquae ad usus mechanicos, in genere, et in specie ad navigandum sine vento ac remis, agit. In appendice subuenia huic Tomo, occurunt primo uberior censura sententiae Desaguillierii, de vaporum ascensu et descensu, Art. 3. No. 407. Transact. Phil. p. 6. 22. propositae, atque refutatio. Sequuntur disquisitiones de facilitate motus corporum in

Aa aqua,



{

MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART  
NATIONAL BUREAU OF STANDARDS-1963-A



1: 24

Nova Acta Eruditorum

LEIPZIG 1767

DER MICROFICHE-REPRODUKTION LIEGT  
DAS ORIGINAL DER UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK  
ERLANGEN-NÜRNBER ZUGRUNDE

SIGNATUR: LTG. IX.88.

aqua, atque de vi materiali vel Hylozoismo, et annotationes mixtae de Veneris satellite, de parallaxi solari, a Stephano Rumowski, e suis et Pekingenibus observationibus transitus nuperi Veneris per discum solarem determinata, de novo ahermometro nautico, de thermobarometro Christiani Hambichtii Philos. experim. et Mathefeos Professoris Vratisl. in Gymnasio Elisabethano, de dubitatione Cl. d'Alembert circa congelationem argenti vivi, de iride solari post solis ante 15 minuta occasum anno 1764. die 14. Septembris haud procul Lipsia Voigtsbergae observata. Tandem subiungitur tabula indicans altitudines montium Peruvianorum per descensum mercurii in Barometro, auctore Bouguerro, ad illustrandum §. 171. huius II. Tomi, nec non alia ex Horrebowii Elementis physicis.

*METHODUS NOVA INVENIENDI LONGITU-  
DINES LOCORUM TERRA MARIQUE PER, LUNAM.*

A udivi ex fama, quod visum sit ab Astronomis quod Longitudines locorum terra marique non possint pro certo dari nisi per Lunam, et quod hodie indagetur Methodus, quae dabilis; et quia in iuventute mea aliquo tempore applicui animum ad Scientiam Astronomicam, et ob illum finem perlegi RICCIOLVM, et vidi ab illo assuntas plurimum Methodos indagandi Longitudines ope Lunae, sed omnes improbatas propter difficultates circa Parallaxes, et sic reductionem Lunae observatae, seu apparenter visae, ad suum locum verum: propterea animum meum intendi ad inveniendam aliquam Methodum, quae illis difficultatibus non foret obnoxia. Et quia tunc inveni hanc sequentem, quae hactenus nemini in mentem venit, et caret illis difficultatibus, me oportet illam publico dare, ac iudicio et examini peritorum Astronomorum sublicere. At sciendum est, quod illam hic tradam prorsus sicut inveni scriptam in iuven-

J. H. Bull. ad Nov. Act. Erud. A. 1764. Mens. Oct: p. 186. Seqq.

Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.





Fig. 4.



iaventute mea; nam post illa tempora iniunctum mihi est ab illo studio recedere, et rebus interioribus animum applicare.

IPSA METHODVS TALIS EST. Fig. 1. Sunt binae Stellæ Tap. II.  
Iæ visibiles, quarum Longitudo et Latitudo ex Tabulis sunt notæ. Observetur Tempus cum Luna in lineam eandem cum praedictis Stellis venit; hoc est, cum Luna D ad Lineam cum Stellis \*\* seu a. b. venit. Ex qua observatione patebit locus Lunæ apparet, et dein verus, secundum methodos sequentes.

Hic duo Casus occurunt. *Primus*, cum datur pars Stellarum, quae in eodem gradu Longitudinis sunt, sed differunt Latitudine. *Secundus*, cum binae Stellæ differunt tam Longitudine quam Latitudine. In priori casu aliquanto facilior est observatio quam in posteriori.

*Si binae Stellæ in eodem Gradu Longitudinis sunt.*

Fig. 2.

Si dantur binae Stellæ, quae in eodem gradu Longitudinis sunt, sed differunt Latitudine, sequitur: 1. Quod utraque Stella sit in uno circulo Latitudinis, et in eodem puncto Ecclipticas; ut si (Z E) sit Zodiacus vel Eccliptica, duae Stellaræ (d) et (e), sunt in eodem gradu Ecclipticas (b), sed differunt Latitudine (d e). 2. Ex Tabulis habetur differentia Latitudinum, quae est distantia (d e). 3. Si secundum methodum praedictam observetur Luna, cum appellit ad eundem Circulum cum praedictis Stellis, scil. ad (D), habetur locus eius apparet sine ulla observatione Altitudinis, nam est visualiter vel apparenter in puncto (b), sive in eodem Gradu Ecclipticas in quo sunt Stellaræ. 4. Dato loco apparente habetur verus, per reductionem eius ab apparenti ad verum operem parallaxeos, quae investigatur modo uno ex sequentibus.

1. *Per altitudinem trium, scil. Lunæ et utriusque Stellæ.*  
Capiatur Altitudo illorum trium, scil. (k e) (i D) (h d); unde

Aa 2

de dantur complementa ( $df$ ) et ( $ef$ ): ex tribus lateribus ( $fe$ ) ( $fd$ ) ( $ed$ ), innoscet angulus ( $d$ ); et conseqüenter ex Altitudinum complementis ( $Qf$ ) ( $df$ ) et angulo ( $d$ ), angulus subparallacticus ( $\alpha$ ); quo dato in Triangulo parallactico ( $a$ ,  $b$ ), ex angulo praedicto ( $Q$ ) et recto ad ( $b$ ), et parallaxi altitudinis ( $a$ ), habetur parallaxis Longitudinis ( $ab$ ), quae demum vel adiecta ad Locum apparentem, obtinetur Locus verus Lunae in ( $a$ ), cum apparet sit in ( $b$ ).

**2.** *Facilius per unam Distantiam et duas Altitudines.* Observetur distantia ( $Qd$ ); et capiantur Altitudines ( $Qi$ ) et ( $Qb$ ); unde datis tribus lateribus ( $fdQ$ ), habetur Angulus subparallacticus ( $\alpha$ ); quo noto in Triangulo parallactico ( $abQ$ ), habetur ( $ab$ ) Parallaxis secundum longitudinem.

**3.** *Aitius facilis per unam Altitudinem et unius Anguli observationem.* Sei: per altitudinem Lunae ( $iQ$ ), et Angulum ( $Qd$ ); unde datur sine calculo Angulus subparallacticus ( $\alpha$ ), qui una cum recto in Triangulo parallactico dat parallaxem secundum longitudinem ( $ab$ ). In hoc easu facilis habetur Angulus quam alias, si modo perpendiculariter pendeat instrumentum, et collimetur ad eentrum Lunae ( $Q$ ) et Stellam ( $d$ ), unde datur Angulus ( $ab$ ).

**4.** *Adhuc facilis ex nuda inspectione obliquitatis Stellarum.* Si enim Stellarae ( $de$ ) sunt vertigaliter sitae, adeo ut circulus altitudinis transeat per centra utriusque Stellarae, tunc in suo Nonagesimo Lunam esse dico, et omni parallaxi in longitudinem carere. *Demonstratio:* si ( $*m n$ ) in eodem circulo sunt, linea recta secat Eclipticam in ( $a$ ), unde est circulus ille cum Luna in Nonagesimo, et caret parallaxi longitudinis. **2.** Si ad dextrum vel ad sinistrum declinent Stellarae, ut ( $b d$ ) Fig. 4; praeter propter nudis oculis observari potest obliquitas; quoque magis in obliquum cadunt, eo maior parallaxis, sed quo minus eo minor. **3.** Si dextior-

funis

fum cadunt Stellaræ, demenda est parallaxis, si vero sinistro-  
rum addenda est. Adeo ut ex sola inspectione pateat ma-  
gitudine parallaxes, et sere quantum auferendum est vel  
quantum addendum.

Hic proposuimus illum casum, cum Stellaræ binæ sunt  
in eodem puncto Longitudinis, sive in eodem Cir-  
culo Latitudinis, quarum phares reperiuntur in Ta-  
bulis, ut, in Capite Cassiopeæ, et Lucida Cath-  
edrae  $29^{\circ} : 35'$ . Duæ in Andromeda et Cassiopeæ  
Gyro umbilici  $37^{\circ} : 52'$ . Duæ in Triangulo,  $38^{\circ} : 58'$ .  
Duæ in Piscibus  $112^{\circ} : 29'$ . In Ursa maiore et Argonavi,  
 $119^{\circ}$ . In Ursa maiore et Cancro  $122^{\circ} : 57'$ . In Gemi-  
nis  $109^{\circ} : 6'$ . Tres in Orione et Hydra  $119^{\circ} : 44'$ , prae-  
ter alibi. Ad quarum circulum cum appellit Luna, sive su-  
pra, sive infra, sive intermedie, habetur statim Locus apparens,  
et ex Altitudinibus, Distantiis, aut Angulis, vel nuda Inspe-  
ctione, Locus verus. Adeo ut calculi prolixitas e Tabulis  
ad indagationem Lunæ et Parallaxium eius non necessaria sit,  
cum habeatur omne per Observationem.

*Si duæ Stellaræ differunt tam Longitudine quam Latitudine.*  
Fig. 3.

In hoc Casu, cum differunt Loca Stellarum tam Lon-  
gitudine et Latitudine, etiam nec difficuler reduci potest  
Luna a Loco apparente ad verum. Sint in Tabula 3 binæ  
Stellaræ, (a) et (c), quæ differunt tam Longitudine quam  
Latitudine; sint Stellaræ primi generis. Cum itaque par-  
quoddam ex illis destinatum est usui, in antecessum opus est,  
ut secundum regulas ab Astronomo quodam, vel ab ipso Ob-  
servatore, ex nota Longitudine et Latitudine illarum, calcu-  
letur. 1. Distantia Stellarum (a.e). 2. Distantia Stellaræ a  
Zodiaco (ad) et (d.e). 3. Angulus (O.m) et (Z.d.e); quae-  
tria ex nota Longitudine et Latitudine Stellarum facile ha-  
bitur.

Aa. 3.

ben-

bentur; et in usum dein per Saeculi tempus servari, et ab Astronomo in Ephemerides referri possunt. His notis cætera observatu facilia sunt, scil: cum appellit Luna ad Circulum Stellarum (a e), parallaxis et locus eius verus deinde habentur. Vel

1. *Per tres Altitudines, scil: per Altitudinem Lunæ et utriusque Stellaræ.* Si capiatur Altitudo Lunæ (g D) et Stellarum (e f) (a h), habentur complementa (l a) et (l e), cum distantia intermedia (e a) prius calculata. Ex his Tribus datur Angulus (l a e); unde ex Tribus in Triangulo (l a D), scil: Altitudinis complementis (l a), (l D) et Angulo ad (a), habetur Angulus (l D a); quia notus est Angulus (b d D); hic in Triangulo (b d D) ex notis Angulis (d) et (l) et parallaxi altitudinis (D b), habetur Parallaxis Longitudinis (d b); qua ablata vel addita ad gradum puncti (d), qui notus est, habetur Locus verus Lunæ (b). Vel

2. *Facilius per unam Distantiam et duas Altitudines.* Scil: si Altitudo (a h), et (D g) sunt notae, et distantia (D a), per observationem; ex Tribus datis in Triangulo (l a D) habetur Angulus ad (l); unde in Triangulo (b d D) noti sunt anguli (D) et (d) ex priori calculo, et parallaxis Altitudinis (b); habetur distantia (d b) a puncto noto (d) ad verum (b). Vel

3. *Adhuc facilius per unam Altitudinem et unius Anguli observationem: per Altitudinem Lunæ (l D) et Angulum (f l d), unde habetur sine calculo Angulus subparallacticus (b D d), adeo ut statim intromittatur Observator in Triangulum (b d D), in quo notus est Angulus (D) et (d) ex praecedente calculo, et Altitudinis parallaxis (b D); unde habetur distantia (l b), hoc est, a puncto Zodiaci (d) ad hunc locum. Ad Angulum observationem adhiberi potest Instrumentum Hevelianum, vel alterius, modo pendeat verticaliter, et collimetur a centro Lunæ ad stellam (\* a). Vel*

4. *Adhuc*

*4. Adhuc facilius ex nuda inspectione obliquitatis Stellarum.*  
 Cum notus est Angulus, quem facit Arcus inter Stellas medius (a e), et Angulus sectionis eius et Zodiaci (d), etiam habetur differentia Anguli illius a recto; si sit 10, vel 20, vel 30 grad. Exempli gratia 30 grad. cum par illud declinat 30 grad. est punctum (d) in gradu nonagesimo; et cum observatur in hac declinatione Luna cum Stellis, nullam Parallaxin Longitudinis habet; sed quo magis declinat a 30 grad. versus sinistrum vel dextrum, eo maior evadit Parallaxis. Hoc ex Angulo dato nuda inspectione aliquo modo videri potest, ut et num adiicienda sit Parallaxis vel auferenda.

Hinc videmus in hoc situ stellarum non opus esse notitia Loci apparentis Lunae; sed tantum puncti Zodiaci (d), quae datur ex nota Latitudine et Longitudine Stellarum. Si paria sint electa 10 vel 50, labore bidui ab Astronomo haberi potest notitia distantiae stellarum (a e), distantiae a Zodiaco (ad), punctum et angulus sectionis in Zodiaco, etc. quibus notis non difficile est in notitiam reliquorum, sine tedium Parallaxeos cuiusdam aut Latitudinis calculatione venire.

### P R A X I S.

*Tradidi Methodum, quando Luna transit inter binas Stellas, unam supra, et alteram infra Eclipticam suam; sed usque idem obtinetur, si observatur Luna dum transit sub duabus Stellis, aut supra duas Stellas; videatur Fig. 4. cum Luna in linea est cum binis Stellis supra (dc\*\*), aut in linea cum binis Stellis infra (ef\*\*).*

Hac Methodus potest practica fieri, si modo ab Astronomo formentur Tabulae, aut conficiantur Chartae vel planas

*planæ vel haemisphaericæ cum Eccliptica mobili, ex quibus videri potest Locus Lunæ verus, in quem cadit linea ducta per centra duarum Stellarum; et tunc possunt omnia paria Stellarum declinantia, et cum Luna noctu' conspicua, in Tabulis aut Chartis designata, inserviri usui; imprimis paria perpendiculariter incidentia.*

Calculare et scire Locum Lunæ in Eccliptica, ita Locus eius verum ex datis duabus Stellis illuc declinantibus, Astronomus Geometra novit. At si quis dixerit, hoc non posse fieri propter difficultates, ille sciat, quod tunc omnis intentio indagandi Longitudines per Lunam frustranea sit, quoniam in omni inventione per Lunam locus eius verus exhibendus est. Locus Lunæ verus etiam mechanice in Globis aliquatenus videri potest.

Postquam Tabulae aut Chartæ confectæ sunt, ex quibus videri potest incidentia Lunæ in illis Ecclipticas suæ gradum, in quem convergunt binae Stellaræ, tunc possunt annua Calendaria, in quibus progressiones Lunæ in sua Eccliptica una cum temporibus iuste designatae sunt, inservire usui tam navigantibus quam peregrinantibus.

At si forte Calendaria non satisfaciunt, possunt exactæ Ephemerides ad certum Meridianum formari, in quibus appulus Lunæ, quovis Mense lunari, ad quemlibet Ecclipticæ suæ gradum, cum horis et minutis ad oculum exstat.

Quod ad differentiam temporum inter Meridianos attinet, hoc non parit aliquam difficultatem, siquidem nautæ per Instrumentum suum ad annulsum sciunt horas dierum suorum, ubicunque sunt, ex observato Sole in sua meridie.

In hac Methodo habetur similitudo observationis Lunæ sicut in eius Ecclipsibus; non enim aliter hic Luna intrare

trare videtur in gradum Eccliptices correspondentem binis Stellis, primum cum Limbo, dein cum Centro, et postea a Circulo eodem emergere, quam illa cum Ecclipsin patitur. Quomodo autem haec possint exakte observari in omni apparentia seu facie Lunae sagacium industriae relinquo. Domini et periti Astronomi hoc facile, ut praevideo, invenient: quibus ideo totius huius inventionis practicae gloriam et au-  
toramentum addico.

ERSTE, ZWEYT, EUND DRITTE ABHAND-  
LUNG AUS DEM OESTERREICHI-  
SCHEN STATSRECHTE.

hoc est:

FRANC. FERDIN. SCHIROETTERI, I. V. D.  
et Academiae Roboretanae Socii, *Dissertationes ad  
illustrandum Ius Publicum Austriacum  
speciales.*

PRIMA, Vindebonae, 1762. pagg. 264. SECUNDA, ib.  
eod. pagg. 363. TERTIA, 1763. pagg. 188. cum Ap-  
pendice et tabula pagg. 66. octonis.

Quum ad illustranda et defendenda iura atque instituta  
patriae suae merito boni omnes, quidquid est in ipsis  
ingenii, doctrinae, fidei, atque diligentiae, confe-  
rant: iidem excitatus stimulis doctissimus Auctor, quam  
olim iuvenitiae Persarum veterum explicandae ope-  
ram singulari Districte impenderat, nunc maiori iure san-  
ctionibus, privilegiis, et decretis Augustissimae gentis Au-  
striacae, quibus illa non minus quam armorum et potentiae  
Bb terro-

terrore, splendidum inter Europae principes locum sibi vindicavit, enucleandis tribuit. Eandem quidem ante eum *Christianus Augustus a Beck* viam ingressus erat, editis duobus Speciminiis de *Iure Publico Austriaco*. Sed hic primas potius lineas huius doctrinae ducere instituerat, quam plenior em eius proponere exegesim. Itaque prius fere noster utilem pariter et gloriosum laborem suscepit, eoque adhuc ita perfundus est, ut, quod ipse prodit consilium, dissertationes haec sensim *Corpus Iuris publici Austriaci* sint suppeditatae.

Videamus iam singulas. Prima earum in quatuor sectiones tributa est, quarum princeps de origine et historia Sereniss. Domus Austriae tradit, pag. 1-27. Dicit hoc loco Auctor primum sententiam de libellis quibusdam, qui iura domus Austriae pertractarunt; tum de ortu Marchionatus Austriae regnante Carolo M. disputat; translationem eius in Stirpem Babenbergicam ab Ottone III. factam enarrat; quae cum nondum haereditorum ius complexa esset, accesit istud litteris *Friderici I.* Deinde erroris convincit eos, qui hunc Marchionatum iam inde a *Leopoldi*, victoriis clari, aetate, haereditorum Imperii Germ, feudum suisse existimant; docet postea, inter successiones huius Marchionis, *Henricum II.* cui cognomen erat *Iosephgott*, dignitate Ducis, iuribusque praecipuis et regionibus a *Friderico I. Imp.* auctum; *Leopoldum autem Virtuosum*, si quidem hoc nomine uti licet, Ducatum Stiriae adiunxisse reliquis possessionibus suis. Extinete per mortem *Friderici* Dueis A. 1426. stemmati Babenbergico, *Ottocarus* quidem, Rex Bohemiae, Austriae et Stiriae armis occupavit, sed vietus a *Rudolfo Habsburgico*, hic utramque provinciam cum Carniola et Marchia Vindica A. 1282, filiis, *Alberto et Rudolfo*, feudi loco tribuit in Comitiis Augustanis, consentiente Principum collegio. Atque ab ea inde aetate, Austria, cum ceteris Ducatis annexis, manlit

in hac gente Augusta, donec novum stemma Austriaco - Lotharingicum conderet: quae nimis nova sunt, quam ut commemoranda videri possint.

Sectio II. de Circulo Imperii Austriaco ita agit Vir Doct. ut ex historia Germaniae ortum eius repetat, et quibus terris continetur ostendat. Tertia Sectione Litteras Regum et Imperatorum Romanorum persequitur, quibus ad tempora usque Rudolfi I. singularia iura et privilegia domui Austriacae concesserunt, moti meritis Marchionum et Ducum illius in Imperium Germanicum. In his est, post ficta privilegia Iulii Caesaris et Neronis, quae Marchionatui Orientali impetravisse dicuntur, Privilegium Henrici IV. anni 1058. quo duo priora, quasi revera tributa et scripta sunt, confirmavit, novaque iura adiecit; cuius diplomatis veritatem tanto iustiore fiducia defendit Auctor, quod eius æxtructus in Scriniis Domus Augustae inspexit, refutatque quaecunque contra illud dicta sunt. Secutae sunt Litterae Friderici I. a. 1156. quae quasi basis Privilegiorum Austriacorum appellari possint, quibus minirum Ducatus Austriacus creatur; Duees illius a publicis Imperii tributis solvuntur; conceditur illis libertas, ut intra fines provinciae suae collationem feudorum Imperii Germ. accipient; liberant et ab obligatione ut ipsi in comitiis praesentes sint; aliaque his non minora adiiciuntur decora, ac denique successio in terris Austriacis etiam filiabus libera relinquitur; ultimoque Ducis ius tribuitur, donandi terras suas, aut per testamentum legandi, cuicunque placuerit. Sed cum et harum litterarum ~~versio~~ nonnulli oppugnaverint, his quoque ita respondet A. p. 57. sq. ut satis dixisse videatur. Hinc venit ad Henrici Regis Rom. diploma anni 1228. quo, vivente adhuc patre Friderico II. Imp. Leopoldo Glorioso, Duci Austriae, cuius filiam Margaretham uxorem duxerat, eiusque successoribus, nova tribuitur privilegia: in his illud quoque, ut his Ducibus liceret, feuda Imperii pro lubitu, quoque,

vis pactorum genere, comparanda, nec vel Imperator, vel Imperium, morari hos eorum conatus posuit; deinde aliud, quo permittitur iisdem, ut in pileo Ducat etiam diadema coronas Regum Romanorum gestent. Tandem *Fridericus II.* inter alia iura, in regiae adeo dignitatis fastigium evexit Austriae Stiriaeque Ducatum ut aiunt, quo tamen nec *Fridericus Bellus*, qui eos tum tenebat, nec Successores eius unquam usi sunt. Pertexit denique Auctor hanc narrationem Sectione IV. qua reliqua diplomata recenset, quibus inde a *Rudolpho Habsburgico* nova iura accepit Domus Austriaca. Post ipsum nimurum *Rudolphum*, *Ludovicus Bavarus* a. 1320. pristina privilegia Ducum Austriae, et in his facultatem, Iudeos in terris suis alendi, confirmavit. Alia adiecit *Carolus IV.* et qui hunc secuti sunt Imperatores. Sed maxime memorabile est *Friderici III.* diploma a. 1453. quo, consentientibus et consulentibus Elektoribus, Duces Austriae Archiduces creavit, et vetera eorum privilegia novis amplificavit. Nec tacendum est diploma *Caroli V.* anni 1530. quod quasi epitomen et explicationem complectitur iurium omnium, quae domui Austriae adhuc concessa fuerant: quod adeo novo decreto firmavit anno 1728. *Carolus VI.* His ad pag. usque 84. expositis, in reliqua parte Dissertationis I. subiicit Auctor ipsa illa diplomata, privilegia, et literas, de quibus ad huc dixerat: quod optimo consilio, etprofecto egregia accuratione, factum esse intelligimus.

Secundae Dissertationis argumentum sunt *tituli honorum*, et *summa in Imperio Rom. Germ. munera Archiducum Austriae* (Reichs-Erz-Herter). Ubi quidem Sectione I. de titulo seu nomine eorum Archiducali copiose differitur. Quaerit primum Auctor, quae sit natura et indoles eius nominis. Legitimum esse, non arbitarium, aut pro lubitu a sumtum, praeterea vero huic soli genti proprium, ostendit. De origine eius varias sententias profert variorum,

qui-

quibus confutatis docet, *Rudolphum IV.* primum fuisse ex Ducibus Austriae, qui hunc sibi titulum proprio motu, non longe post imperii initia, anno 1359. tribuerit. Quod ut certius A. evinceret pag. 23. 39. catalogum nostrum omnium diplomatum huius *Rudolphi*, quae quidem adhuc reperire potuit. Patet etiam ex his eius diplomatibus et sigillis, eum primo tempore quoque adiecisse huic titulo vocem *Phallenx*, (quae ex *Palatini* vocabulo orta est,) quam tamen deponere a. 1360. coactus est, querelas propterea ad Imperatorem deferente Palatino Rheni; deinde eum in diplomatibus, in quibus ipsi cum Principibus paris aut maioris cum sua dignitatis res erat. *Ducale* tantum nomen usurpare, *Archiducale* magis in sigillis quam in diplomatibus. Si quaeras, per quam occasionem, et quo iure nixus, hoc *Archiducis* nomen vindicaverit sibi *Rudolphus*: breviter respondet Auctor pag. 42. fecisse id eum sola gloriae cupiditate ductum, quae in nominum honorificorum comparatione alimenta omni tempore quae siverit. Nam cum tot provinciarum possessor, parem cerneret sibi cum Electoribus Imp. Rom. potentiam adesse; non satis aequo animo tulit, hos tot honoribus auctos a *Carolo IV.* condita A. 1356. celeberrima lege Imperii, quae Aurea Bulla appellatur, sibi contra in secunda Ordinum Imperii classe subsistendum esse, cum tamen gens eius iam a *Friderico I.* multa eorum privilegiorum iam esset adepta, quae Electoribus Aurea Bulla denum attribuit. Ut igitur dignitatem et illustria iura domus suae verbis saltem exprimeret, et opponeret quasi Electorum splendori, *Archiducem* se dixit; quod nomen iam *Fridericus I.* in diplomate supra exitato Ducibus Austriae adscriperat his verbis: *Si quibusvis Curiis publicis Dux Austriae praesens fuerit, unus de Palatinis Archiducibus est censendus, et nihilominus in consilio et inclytu ad latus dextrum Imperii, post Electores Principes obtineat primum locum.* Postremo iam ostendit Auctor, qua ratione hoc titulo usi sint

Principes Austriaci ad hanc usque aetatem. *Sectio II.* transit ad *titulos Ducales* eorumdem Principum, quo pertinent nomina Ducum *Burgundiae*, *Brabantiae*, *Mediolani*, *Stiriae*; rel. quorum omnium origines ex historia rite deducit: ut adeo haec *Sectio*, cum sequenti, vicem quasi *Commentarii* in maiorem ut aiunt titulum Augustiss. Imperatricis *Mariae Theresiae* sustineant. Nam *tertia Sect.* reliqua quae in eo occurrunt nomina illustrat; v. c. *Principis Sueviae*, et *Transylvaniae*, *Marchionis S. R. I.* item *Burgaviae* et *Moraviae*, principali dignitate *Comitis Habsburg*, cet. adiectis rursus et historiae testimoniosis, et diplomatum fide, et optimorum scriptorum auctoritate. *Quarta Sectio* enarrat munera summa, quibus Domus Austriaca in Imp. Germ. fungitur. Atque hic primo loco diligenter in eo est *Auctor*, ut dignitatem *supremi venatorum magistri et R. I. Ducibus Carinthiae*, atque adeo, qui in eorum locum successe-re, *Ducibus Austriae* primum tributam fuisse doceat. Primus inter hos *Duces* eo nomine usus est idem ille *Rudolphus IV.* de quo supra diximus; incensus sine dubio aemulatione, quod videret hunc titulum, quem olim *Duces Carinthiae* iam gessissent, sua aetate a *Carolo IV.* a. 1350. *Friderico*, *Marchioni Misniae* et *Landgravio Thuringiae*, adscriptum fuisse. Posthaec de aliis muneribus disputat *Auctor*, ad quae Domui Austriacae per varias provincias suas adiutus patuit: v. c. privilegium *Ducum Brabantiae*, ut in publica Imperatoris aula, gladium Imperii ei praeficeret; qua tamen in praerogativa merito cedendum denique fuit *Archimareschallis Imperii*, Serenissimis *Saxonie Electoribus*. Adiecta est huic quoque Dissertationi egregia Diplomatum XX. seges, quibus omne illius argumentum illustratur et corroboratur.

Tertia denique Dissertation, de *homagio hereditatis iure praefiendo Archiducibus Austriae* ab Ordinibus Provinciarum, (von den Erbhuldigungen,) de *insignibus dignitatis eorum*, (von

(von ihren Kleinodien,) ita tradit, ut nihil super sit quod lectors de utroque genere scire aveant. De natura primum homagii illius, deque controversis quibusdam quaectionibus, quae super eo natae sunt, disquiritur ab Auctore; tum vero caerimoniae ipsae, quae in eo recipiendo observari solent apud Archiduces Austriae, a pag. 76. 138. panduntur, non neglectis et illis, quae Ducatum Stiriae, Carinthiae, et Carnioliae homagium concernunt. Ubi ad Insignia Archiducum pervenit Auctor, pileum in primis Archiducalem a pag. 139. ad 171. quam accuratissime non modo describit, sed etiam origines eius historiae ope evolvit, adiungitque notitiam sceptri, porti imperialis, et reliquorum insignium. Claudit Dissertationem, quae vexilli Archiducalis imagine exornata est, appendix diplomatum et documentorum 17. quae omnia fere ad homagium, de quo retulimus, spectant. Accessit etiam pag. 43. diploma sanctionis statuae argenteae, et pilei archiducalis, quae in honorem S. Leopoldi, Marchionis Austriae, Maximiliani Archidux, supremus Ord. Teutonici magister, Ecclesiae quae Claustro Neoburgi est, offerebat die XXVII. Novemb. a. M D C X VI. quo quidem pileo adhuc utuntur Archiduces in solemnibus homagii recipiendi.

Verum satis iam de his Dissertationibus dixisse nos existimamus ad intelligendum, quantum satisfecerit doctiss. Auctor lectorum expectationi. Gratiam ei cum voluptate eximia copulatam habebunt non modo Iuris Publici Austriae, sed in universum Romano - Germanici, cum quo illud

con-

200 NOVA ACTA ERUDITORUM

conuentissimum est, dein etiam historiae patriae studiosi. Est enim in eo praeclara iuris omnis, maximeque publici, peritia; nec minor doctrina historica, lectioque locupletissima scriptorum optimorum, qui utrumque scientiae genus vel inventis et observationibus suis, vel certe narrationibus fide dignis ditarunt. Utitur etiam dicendi genere satis apto et perspicuo; studium autem summum erga Augustissimam Domum Austriacam iis significationibus prodit, quas nec alieno loco, nec profecto immerito editas dicere quisquam possit. Itaque laetamur, eum in scribendis his Dissertationibus nondum defatigatum esse: quarum recentiores suo tempore indicabimus.



N. VI. 202

# NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiae

Calendis Novembr. et Decembr. Anno MDCCCLXIV.

*ANNALES VETERES HUNNORUM, AVARUM  
et Hungarorum, ab anno ante N. C. CCX. ad A. C.  
CMXCVII, deducti, ac maximam partem ex Orientis  
Occidentisque rerum Scriptoribus congesti, opera et  
studio GEORGII PRAY, Societatis Iesu  
Sacerdotis.*

Vindobonae, sumtibus Herm. Iosephi Krüchten, Universitatis  
Bibliopolae. A. 1761. fol. pagg. 388. cum Tabula, qua  
populi interioris Asiae et Hunnorum imperium ab anno  
ante N. C. CCX. exhibetur,

**C**onsilium operis scribendi primus Auctori suggestum  
etiam nuper in eodem Ordine Collega, *Erasmus*  
*Froelichius*, qui et scriptores, e quibus narrationes decen-  
pendae essent, adiuncto de singulis iudicio, ei indicavit, et  
suos etiam, quos super hoc argumento composuerat, com-  
mentarios, breves quidem, sed accuratos. ei tradidit; ver-  
bo, ita illum instituit, ut sperare confidentius posset, non  
tenuem se operae bene collocatas laudem reportaturum es-  
se. Verum ipse, cum impatienter ferret, solos tere esse  
Hungaros, populares suds, qui, protractis in lucem tot ce-  
terarum gentium monumentis historicis, maiorum suorum  
res geltas, nec in unum collectas, et densis praeterea teme-

Cabris

bris obvolutas haberent: animum ad indaganda historiae Hungaricae monumenta summo studio appulit. Descripto opere in tres partes, quorum prima res Hunnorum, secunda Avarum, tertia Hungarorum complectetur, intellexit, sibi ad originem usque Hunnorum Asiaticam recurrentum esse. Hoc autem loco plurimas sibi difficultates obstat sen- sit. Nam quae Graeci scriptores universi de Scythis pro- diderunt, Hunnis, et qui deinceps ex iis orti sunt, tribui generatim non possunt, quod Sarmatae quoque et Teuto- nes apud hos scriptores Seytharum nomine veniunt. Hun- nos certe peculiare imperium in Asia habuisse, vel res ipso- rum in Europa gestae loquentur; ubinam autem illud situm fuisset, quaenam habuillet fata, e Graecis elicere prorsus non poterat. A patribus scriptoribus non plus praesidii spe- rare potuit; nam si in ceteris narrationibus probandi sunt, de ortu tamen gentis nihil fide magnopere dignum, certe quod sit accurioris ingeni, tradunt. Tandem accepto *Deguinefi* vel potius *Deguini*, V. Cl. opere eruditissimo, quo ante annos haud multos historiam Hunnorum, Turcarum, Mogolorum, aliorumque Tartarorum occidentalium, ex monumentis Sinenibus, quae Bibliotheca Regis Chris- tianissimi servat, egregie illustravit, (*Histoire générale des Huns, etc.*) insignem quaestioni huic primariae lucem ad- spergi vidit, eoque in hac enodanda diligentissime usus est. In Europeis autem Hunnorum et Hungarorum rebus hoc sibi negotiū datum credidit, ut, quae sparsa apud alios, eos- que se e coaeuos, aut suppares, reperiret, colligeret, ve- ra fecerinet a falsis, sublesta eliminaret, ac redigeret deni- que in ordinem, chronotaxi, quantum fieri poterat, ad cri- ticem exacta. Quae cum alicubi, (ipsius verba recitamus,) ob pertinax scriptorum silentium hiaret, maluit operam suam *Annales* quam *Historiam* appellare. Praeterea quamvis An- naliū partem prævia Dissertatione communivit, qua cuiusvis e tribus illis gentibus res in Asia gestas, tum vicis- tudines, ac ea quae cum nonnullo legentium fastidio An- naliū ordinem intercepserint, complectitur. Quia au-

tem

tem in Asiaticis praesertim Hunnorum rebus ante C. N. varia regionum, urbium, fluviorum ac montium nomina occurunt, non satis lectoribus omnibus usurpata, chartam geographiam adiunxit, quae si, quod fieri vix potest, loca omnia non prorsus certo definit, eo tamen valebit, ut intelligatur, quam late Hunni dominatum suum per Asiam porrexerint. Id unum profecto in praestantissimo opere *Deguinianæ* desideres, quod tabula eiusmodi careat.

Ad opus ipsum ut veniamus, offert se primum Differatio prævia de Origine Hunnorum. Ea vero orditur a refutatione erroris eorum, qui hanc originem in vago Scytharum, gentis amplissimæ nomine, ab antiquiore inde aetate, quæsiverunt. Reselluntur etiam ii, qui ea-dem origines a Slavis repetierunt vel a Germanis. *Theoph. Sigfr. Beyerus* ea fere conæturus assecuratus iam est, quas *Deguinianus* ex literis Sinarum hausit: nisi quod Scythicae originis negaverit esse Hungaros. *Desericius* denique plurima recte de originibus illis docuit, sed eo tamen penetrare, quo *Deguinianus*, non potuit. Hoc igitur auctore, Hunni una ex primis colonis fuere, quæ a diluvio post linguarum confusionem campum Sciarar deservere. Via illis, dum reliquæ in Orientem abiarent, septentrionem versus fuit, qua Armeniae et Georgiae montes porríguntur. Hinc, ut sensim auctus populus est, per angulos, qui ad Derbentum urbem sunt, aditus, in planitiem Volga et Iaxai conclusant, quo ipsa via ducebat, eluctati, pars ad Orientem, pars ad Occidentem conceleste: ex his Europaens gentes, ex illis Tartarorum postea nationem exortam, veritatem illumine est. Isti quod montibus secluti a ceterorum consuetudine vitam pastorum ducerent, rudes omnino literarum et artium, nihil quod maiores sui gesserant, postorū memorie commendarunt: quidquid de eorum rebus prescriptum est, id Sinentium annalibus debemus, quibus iam a primordiis fundati imperii perpetua cum illis armorum collatio fuit. Quedam auctor historiae genealogicae Tartarorum

Cca. (ibid.)

(*Abul-Gaxi-Bahader-Khan*) de gentis origine narrat; sed fabulis permixta. Sed multo certiora Sinenium annales referant. Memorant enim, in iis plagiis, qua tres provinciae, Chonfy, Chanfy, et Pe-tcheli septentrionem spectant, gentem olim, et frequentia et rebus gestis celebrem fuisse, quae deinceps sub nomine Hunnorum, Turcorum, Mogolum, Hungarorum ac Tartarorum claruerit. Incunabula gentis quam antiqua sunt, inde patet, quod Sinae suo imperio coaevam perhibent. Imperante *Tao*, qui *Martinerio* (*Introduct ad Hist. Asiat.*) auctore, anno ante N.C. 2057. regnare coepit, sub nomine *Chan-Tong*, quasi *montanos barbaros* dicas, cogniti fuere. Deinceps commutata fuit nominis ratio. Sub prima dynastia, quam Sinae *Hia* dicunt, *Tchong-yo*; sub ea autem quae *Tcheou* nomen obtinuit, *Hien-youn*; denique familia *Han* regnante, *Hiong-nu* dictos esse, ex iisdem Sinicis annalibus constat. Postremo nomine, quod Sinae aut corruerant, aut cuius enunciatio nobis minime cogita est, Hunnos designari, extra dubitationem possumus est. Idem confirmat P. *Gaubil*, Missionarius de familia Jesuitarum, qui nomine *Hiong-nu*, (quod Sinis fere idem est ac *infideli servii*.) Hunnos ab ipsis intelligi diserto ait. Haec conspiratio duorum virorum, quorum alter Pekini, Parisiis alter scripsit, dubitare nos non sinit, Hunnos eosdem cum *Hiongnuis* esse, et plaga quae Sinis ad septentrionem opponuntur, coluisse.

Gentem omnem, quae olim hodiernam Tartariam colebat, in barbaros orientales et occidentales Sinenium geographi divisere. Illi maiores Tartarorum orientis sunt, et a Petchelensi provincia ad mare Orientale sedes tenebant; illi plana et valles, qua septentriono provincias Chanfy, Chenfy, et partem Petchely respiebat, vastissimo spatio porrectas, coluere, pluribus capitibus, pro more eius astatatis, obnoxii. Vitae illis ratio universim agrestis erat; divisione pro pecudum copia; casae tentoria carris imposita. Cum his dormibus ambulatoriis facile sedes aliorum trans tulere,

tilere, quo ripae fluviorum et pascua pecoribus idonea sponte vocabant. Hunc viveudi ritum hodierni quoque Tartari sequuntur; idem et veteribus Hunnis fuit: eadem opera carne pecudum vescebantur, et petibus corpora tegebant adversus aeris iniurias; terrae portione, quae aut forte, aut studio cuivis obtigit, diligenter exculta. Scribeundi arte ceterisque et si destituti essent, fide tamen antefabant omnibus, eratque illius tanta apud omnes aestimatio; ut, dum pacis, aliarumque rerum cum finitimis tractatio incideret, Hunnorum promissio verbis concepta, iuris iurandi instar haberetur. Homicidas et latrones morte mulcebant. Liberos ad venationem et arma ducebant inde a teneris, nec quisquam apud eos inter viros prius censebatur, quam hostem trucidasset, aut id, si occasio ferret, faecurus videretur. Cum ab armis confecto bello cessabatur, ne otio corrumperentur, finitimos sibi populos, Sinas in primis, infestabant. In omnem fortunae eventum perinde comparati erant; si faveret, in mediterranea hostium incurssiones protulerunt; sin contra, nihilo minus laudi ducebant, fugam arripare, sed in ipsa fuga metuendi. Usitatum enim illis ex improviso in proelium descendere, et eadem opera, cum res postulabat, tergum hosti obvertere. Ad eam pugnandi rationem equorum celeritas mirum in modum faciebat, neque facile a Sinis, quod hi pugnae statariae magis consuevissent, vinci poterant: et si vicis campo excedere necesse fuit, desertas plagas ultra petiere, ubi viatori magis cum aerumnis, quam cum hoste, configendum fuit. Qui caesi in proelio commilitonis corpus secum abstulisset, eiusdem haeres ex ase scriptus est. Ceterum bellis gerendis hoc maxime agebant, ut multos sibi captivos compararent: in his divitias suas ponebant, eosque pascendis pecoribus praeferiebant. Praeter arcum, fugittas et ensem nullum illis armorum genus aderat. Uxorium numerus pro fortunarum copia maior minorve fuit: neque ultra in coniugii ineundis necessitudinis ratio: ut adeo filius novercam, frater uxorem fratris saepius sibi matrimonio copularet;

pularet. Hi fere veterum Hunnorum mores erant, a Sinensium historicis delineati.

Prima Hunnorum memoria in annalibus Sinicis anno ante N. C. 2207, regnante dynastia *Hia*, occurrit. Tum rerum potentibus Imperatoribus familiae *Cham*, crebro in imperium procurerunt, praedas illic rapturi. Mox adeo metuendi evaserunt, ut Imperator *Vutinas*, qui anno ante N. C. 1266, obiit, necesse habuerit, copias aduersus eos educere. Deinceps accise nonnihil sunt Hunnorum res, cum sub *Vujjo* anno ante C. N. 1196, in fugam coniecti essent. *Vuvamo* postea, anno ante C. 1116, qui dynastiam *Theou* dictam fundarat, ad clavum sedente, tributarii Sinarum, una cum Tartaris *Niu-chernibus* facti, servierunt usque ad annum ante N. C. 910, quo, imperante *T-vamo*, ad *Kim-yam* provinciae *Chenjy* urbem repetitis incursionibus arma protulerunt. Defuncto *T-vamo* procuriones suas resumferunt, sed alio itidem *T-vamo*, anno ante N. C. 879, imperante, eorum ferocia tantisper repressa est, postquam eos multis equis privasset. Denique aduersus tot eorum incursionses murus ille Sinicus aedificatus est, primum a *Tchao* rege, qui traducto in eorum provincias bello, eos proligaverat. *Chi hoam-tius* vero, cum Sinas a tyrannis internis liberasset, primus omnium de refraenandis Hunnis cogitavit. Hinc coniunctis muri partibus, qui sensim exstructus fuerat, *Mum-tienum*, supremum militiae praefectura, cum 300 milibus in eos movere iussit. Cosita expeditio utcunque feliciter: occupata enim a Sipis *Ortuforum* ditione, Hunni versus septentrionem retrusi sunt. Quo magis imperium ab istorum incursionibus tutum deinceps redderet, ripam *Hoangi* fluvii, quem croceum alias dicunt, quadraginta quatuor praesidiis militari opere exstructis communivit, aliaque iis opposuit repagula. Gestae haec sunt versus annum ante C. N. 210, quo Hunni Imperatorrem *Tui-manum* habuere, qui copias Sinarum cedere coactus est, ipse ex Sinico sanguine proguatus.

Ad

Ad hunc vero, quem modo diximus annum, referenda sunt Hunnici imperii initia. *Teu-manus* enim, cum Sinas, mortuo, *Chi-hoam-tio*, curam imperii negligere, et praesidia parum curare cerneret, comparato exercitu croceum skumen transmisit, ac *Ortusorum* regionem, cuius possessione antea perturbatus fuerat, facile recuperavit. Continebatur iam antea Hunnorum imperium duobus magni nominis fluminibus, *Amuro*, (vel *Zamur*, hodiernis Tartaris *Sangalun-Ula*, Sinis *Helan-Kiang*.) et *Irtischo*: ille ab occidente in orientem delatus supra Iaponiam oceano illabitur; isto a meridie ortum trahens, converso in septentriōnem cursu, *Obioque*, non minoris famae fluvio, permistus, in mare glaciale se exonerat. Ad meridiem, superato *Hoango*, Chinæ se infuderant Hunni, ac finitimos deinceps populos sibi tributarios reddidere, initio usi fatis felicibus, nili mox *Teumonius* a filio *Meteo* parricida sublatuſ fuisse. Ab his igitur initis Hunnici in Asia imperii, res Hunnorum illic gestas persequitur Auctor Libro I. p. 13-58. donec post interna dissidia, A. Chr. 92. a Sinis memorabili clade affecti essent, eorumque in Asia imperium convelleretur.

Libro hinc secundo ostendit Auctor, Hunnos sensim ab hoc tempore Europæ appropinquasse, et aliquamdiu quidem res suas in Asia tutatos esse, sed A. Chr. 134. a Tartari Siensiis penitus in Occidentem propulsos fuisse. Ab anno 374. denique, ut Auctori videatur, in Europam pervenerunt, vietiis prius Alanis, Gothis, aliisque per eas oras populis. Truiclus tamen qui illis tribuitur per paludem Maeotidem, commentum est. A. 377. utramque Pannoniam armis occuparunt, sociis Gothis, quibus antea auxilium adversus *Valentem* Imperatorem tulerant. Victus *Theodosio* a 379. pacem cum Romanis inierunt, sed minime diuturnam. Disputat hic Auctor de celebri proelio, quod Romanos inter et Hunnos ad urbem Potentianam circa a. 380. gestum scribunt Historici Hungari, sed ad sequiora tempora referendum ostendit, quod praeterea fatis fabulosu

fabulosa narratio nimitur. A. 383. Hunni a Gratiano Aug. in Italiam evocati sunt, ex que Baronius aliquis occasionem sumerant, scribendi. *Ursulum* cum societate virginibus hoc anno ab Hunnis trucidatum fuisse. Sed Noster haec cum *Callefo* et aliis ad *Attilam* tempora referendum existimat. Atque ita porro res Hunnorum Europaeas ad annum usque 434. post C. N. deducit Author. (p. 106.) quo quidem anno *Attila* et *Bloita* fratres regni possessionem adierunt. Morum iam res gestas Libro III. tradit, sed maxime *Attila*, usque ad A. 451. quo exercitum in Gallias promovit. Hinc Libro IV. (p. 142. sq.) reliquam Hunnerum historiam describit, in primis celeberrimam *Attilae* in Galliam expediti-  
nem. In reditu eius ex Gallia narrando, inquirit etiam pag. 156. sq. in historiam de caede XIM. virginum. Prof-  
sus improbabile ei videtur, eas ex Britannia advectas esse. Primus in martyrologio *Bedae Florus* de earum martyrio retulit; primus autem historiam uti nunc vulgo narratur, tra-  
didiit *Sigeb. Gemblacensis*, at quam seruis scriptori! Author itaque caedem virginum Christianarum omnino hoc tempore Colo-  
niae patratam fuisse ab Hunnis existimat; sed numerum un-  
decim millium pro definito positum esse a scriptoribus, ad-  
optatque adeo *Callefi* in Annal. Ecol. Germ. T. I. L. V.  
Num. 106. et 107. super ea re coniecturas, non improba-  
biles omnino, sed et parum firmas. Reliqua *Attilae* usque  
ad a. 454. quo diem suum obiit, pari dura expedit Noster,  
deducitque historiam Hunnorum omnem ad a. usque 469.  
quo *Dingizicus*, *Attila* filius, victus et caelus est, cumque  
eo Europaeorum Hunnorum imperium corruit.

Pars II. Annalium a p. 183. res gestas *Avarum* ab A.  
C. 310. ad annum 827. complectitur. Interessa est Ope-  
ri tabula, quae populos exhibet, ante et post a. Chr. 557.  
eas regiones incolentes, in quas se tum progredientes ex  
Asia Aares effuderunt. Dissertatione praevia de Avari-  
bus, ostendit primum ex *Degunto A.* populum hunc in Asia  
*Grougemerum* nomine notum fuisse, ortuque genus Hunni-  
cum.

cum. Gentis primordia Sinensium historicus *Venkiuntum-kau*s ad A. C. 310, consignat. Autorem eius *Mokotum*, quo nomine Calvum Topai Tartari notabant, fuisse perhibent. Imperium eorum in Asia Turci prostraverunt ad A. C. 551, gens ex veterum Hunnorum reliquiis confusa. Hinc Geougeni vieti pars in Chinam, pars in Europam secesserunt. Atque hi prorsus sunt, qui occidentalibus scriptoribus Avarum nomine celebrantur. Erant autem Ogoriae, potentissimae inter Hunnos Tribui, adscripti, a principibus suis *Var* et *Chuni Varchunitae* dicti. Pars in Thracia confedit, pars in Scythiam minorem reiecta, in Cuturguros et Uturguros divisa fuit. Cum Attilanis denique reliquiis in unam gentem coaluerunt. Ad Istrum, qua hic se in Pontum exonerat, ante annum 553, venisse, et ante hunc annum quoque Moldaviam iam tenuisse, et quod citerius est ad Borysthenem, videntur. Occupata vero Dacia, Romanis demum innotuerunt. Haec ex Dissertatione. Annales ipsos Avarum p. 200. ab A. C. 557, orditur. Autem, cum, regnante *Iustiniano*, legationem Constantinopolin adornarunt, paxque inter eos et Romanos coaluit, hac lege, ut illi in Hunnos Cuturguros moverent. Hinc res eorum reliquias Libro I. Annalium narrat A. ad annum usque 599, quo Chaganus Avarum, XII, millia captivorum Romanorum, quos redimere *Mauritius* avaritia recusavit, interfici iussit. Liber II, eiusdem populi res ad annum usque 745, profert, quo tempore Avares, vastata Boioaria, nominis sui famam renovarunt. Tertio denique Libro, a pag. 266-292, historia eorum ab a. 746, ad medium Seculum nonum producitur, quo eorum imperium et memoria sensim cessavit, postquam a *Carolo M.*, bello vieti essent, Chaganus eorum A. 803, christiana sacra, et mox cum eo Avarum plurimi, receperunt, sedesque obtinuerunt inter Carnuntum et Sabariam, seu eam Pannoniae partem, quae a Comageno monte ad Arrabonem fluvium tenditur, et a meridie Cilleiensi provincia definiebatur. Has veluti avitas sedes a *Carolo M.* acceptas satis pacate incolebant, sive quod

Dd

quod christianis moribus imbuti sensim a militari ferocia remitterent; sive, quod attritis viribus, nihil deinceps praeclarri essent ausi: nam ab oriente Slavicis populis, a meridie Carentanis, ab occidente Boioaria, ad septentrionem Danubio et Marahanis, concludebantur. Eadem fortuna eorum fuit, qui trans Tibiscum habitabant, et intra solam Daciam hinc a Marahanis, quos ad Tibiscum usque ditiones protulisse verisimile est, illinc a Bulgaris et Chrobatis Savianis, redacti fuerant.

Denique Annalium Pars III. res gestas *Hungarorum* ab A. C. 551. ad A. 997. exponit. Praemissa est Tabula, quae populos ante et post annum C. 889. in Asiae et Europae parte, quoad Hungaris habitata fuit, incolentes fistit. Eam sequitur Dissertatio praevia de Hungaris, a p. 295 - 322. Docet hoc loco Auctōr, Hungaros iam tum, cum in Asia adhuc morarentur, Latinis scriptoribus *Hungarorum* nomine notos fuisse, ut ex *Iornande* de Reb. Getic. c. 5. patet. Apud Graecos autem scriptores serius hoc nomen invaluit, cum illi potius passim eos *Turcos* appellant. Nominis originem hanc produnt scriptores Sinici. Hunni, qui in fidem *Geougenorum* concesserant, et *Altai* montes horum iussum colebant, a monte, qui ob similitudinem cassidis *Turc* dictas est, Turcorum quoque nomen deinceps mutuarunt. Turci igitur, ex veterum Hunnorum reliquiis conflati, proxime ad Sinas colebant, *Towmueno* omnium primo a. 551. qui imperio apud eos inclaruisset. Varia illis bella et negotia cum Persis, Sinensibus, denique et Arabibus intercessere, a quibus in arctum redacti, et ab Hunnis Hoeikeis versus Volgam fluvium retrusii, imperium eorum in Asia versus a. 742. penitus concidit. Hinc sedes intra Tanaim et Volgam collocarunt, et Chazaris postea se sociarunt. Sed a Paczinacitis vieti, in duas partes divisi sunt. Pars ad occidentem secessit, et Daciam occupavit, electo *Arpado*, qui toti genti praeesset. Altera pars Persidis partem colendam accepit, atque ab his hodiernos Turcos ortos esse, valde vero-

verosimile est. Repetit etiam Auctor p. 317. sq. ex *Deges ricio* memorabilem illam de Hungaris ad Volgam colentibus narrationem, quam nuper quoque Ill. *Belius* ex eodem, in hac urbe iterum formis describendam curavit. Annum deinde, quo Hungari in Daciam advenerint, definire conatur Noster, colligitque ex Annalibus Bertinianis, eos ante annum 862. eam provinciam occupasse,

Haec postquam Dissertatione praevia uberius eruisset Auctor, ipsas Hungarorum res gestas a pag. 323. investigat. Ac primum quidem de iis Librum ab a. 889. exorditur, quo illi a Paczinacitis, et ipsis Turcico seu Hunnico genere, Transilvania eieci sunt. Tum vero plagas ad Tibiscum occuparunt, et mox a Graecis contra Bulgaros in subsidium vocati sunt, quos etiam Hungari profligarunt. Hinc Bulgari cum Paczinacitis foedus adversus Hungaros A. 890. ineunt. Hi contra ab *Arnulfo* adversus Slavos Marahanos A. 892. evocantur. Procesu temporis in finitima irruerunt, et A. 896. quod intra Granum et Vagum fluvios est, subegere; Carinthiam A. 899. invaserunt, mox et Boioiam et Italiam. Sequuntur latisimae eorum per Germaniam populationes et bella, donec ab *Henrico Aucupe* A. 934. celebri clade affecti sunt. Quae quidem copiose et accurate persequitur Auctor, qui etiam p. 354. commentum appellat, quod *Aventinus* narrat, tributi loco canem scabiosum ab *Henrico* Hungaris datum fuisse, plus tribuens *Witichindo*, qui Dalemincius potius Hungaris contra Saxones festinantibus, pinguisimum canem, quasi pro munere, sed re ipsa in contumeliam, proiecisse tradit. Librum II. pag. 357. inchoat a procurfione Hungarorum per Alemaniam in Lotharingiam usque, quam A. 935. suscepérunt. Pace tandem cum Graecis, quos et ipsis vexaverant, inita, duces eorum, *Bulofudes* et *Gylas*, medio Seculo X. Constantinopoli sacris Christianis initiati sunt. Hic cum *Schwarzus* V. Cl. ostenderit, conversae Hungariae gloriam Graeciae Ecclesiae deberi, eunque refutandum suscepérunt. *Siltingius*

*tingas in Actis SS. Antwerp. huius argumenta in compendium mittit Noster, quae nobis profecto parum satisfecere. Reliquas deinde res memorabiles Hungarorum ad a. usque 997. quo Géza vita functus est, ita enarrat, ut maxime de huius et filii Stephani baptismo, quae fidem maiorem mereantur, colligat et excusat. Tum vero veteri Hungarorum historiae coronidem imponit. Ipsos Regum Hungariae Annales alio opere scriptis Vir Doctiss. de quo propediem narrationem in his Commentariis instituemus: gratulati interea Hungariae diligentem, eruditum, et accuratum rerum suarum Historicum.*

*PHILOSOPHIAE NATURALIS SIVE PHYSICAE  
dogmaticae TOM. III. continens Geologiam, Biologiam,  
Phytologiam generalem, et Dendrologiam; vel terrae, re-  
rum viventium, et vegetantium in genere, atque arborum  
Scientiam. Tamquam continuationem systematis Phi-  
losophici CHRIST. L. B. de WOLFF. Autore MI-  
CHAELE CHRISTOPHORO HANOVIO, Gymnasii  
Academ. Gedan. Prof. Philosoph. eiusdemque  
Bibliotecario.*

Halee Magd. proflat in officina libraria Rengeriana  
in 4to, pag. 806. una cum indice eiusdem.

**E**andem, quam in recensendis Tomo I. et II. elegantis hu-  
ius, rerum copia et selectu non minus, quam admirabi-  
lili earum nexu se commendantis Physicae, secuti sumus  
rationem observaturi, brevem lectoribus totius huius Tomi,  
III. eamque luculentam ideam exhibebimus. Animus Cl.  
Auctori fuerat, Geologiam Tomo II. inferere, quare in  
praefatione eiusdem, de terrae propria vi clementari, ob  
quam

quam nulla eius in aliud elementum transformatio dari potest, docte differit: sed cum Tomus ille nimium excrevisset, ita ut reliqua Geologiae capita in eo locum reperire non potuerint, ab iis pertractandis orditur Tomus III. in duas sectiones tributus. Harum prima tria continent capita. In primo occurrit Geologia et Geometria generalis, in secundo Oryctologia vulgaris, ac in tertio Cimeliologia s. doctrina de gemmis ac metallis. Ut terrae, h. e. illius partis telluris, quam pedibus calcamus, quae circiter alterum eius superficies dimidium, quantum adhuc liquet, occupat, ubi aqua non est, indolem, intimoremque naturam accuratius declareret Aucto<sup>r</sup> Cl. omnium primo sollicitate evolvit notionem siccitatis, eamque a confusione, qua, quid sit utcunque sentitur, sed non intelligitur, liberat, eiusque discrimen tum ab ariditate, tum ab aqua, vel gelata in glaciem, vel fixa in corporibus, et aere fixo, tartaro, nitro, calculis, etc. evidenter quantum fieri potest constituit, indeque consequi docet, terram per se non esse humidum, sed potius siccum elementum, impenetrabile, stabile, fixum, non minus in aqua, quam in igne, eaque in re plane eam recedere a natura fixae aquae, aerisque fixi, adeoque et ab aethere fixo, per se lucendi vis exsortem; meritoque dividendam esse terram in puram, ac impuram. Pura ac sincera terra, definiente aut<sup>r</sup>. Cl. seuuncta est et liberata ab alienis admixtis, ideoque et segregata ab aliis elementis. Unde et terra virgo appellatur. Impura autem vel mixta ei audit, quae coniuncta est cum aliis elementis, sive illa iis adhaerat, sive alia inhaereant illi. Terram puram generalemque mixtae indolem excutit et pertractat Geologia; quae cum indigent mathematica cognitione, in subsidium vocanda est Geometria, non illa strictior, Mathematicis tantum usitata, et hoc nomine insignita, sed latius dicta, prout omnis genus adhibendarum dimensionum, et staticarum, mechanicarum, cohaerentiae, frictionis, etc. involvit. Inter praecipuas terrae pure proprietates has referendas docet Auct. Cl. Terra pura est alba, inspida, inodora, in statu separato facile diffundenda,

mollis, gravior tamen aqua, ut recte dicatur elementum gravissimum, continens rationem maioris, quam caetera elementa, densitatis, cohaerentiae, opacitatis, duritiae, habilitatis praestandi corpora asbesta, superficie asperae, mensurabilis frictionis, firmitatis insignis montium valliumque. Hinc deprehenditur mater corporum siccorum, et materia trium naturae regnorum caducorum, specuum, cavernarum, estque capax concussionum ac tremorum. Occasione harum quasi sub oculos breviter positarum terrae purae proprietatum maxime memorabiles meditationes tradit auct. Cl. partim conferendo sententias suas cum antiquissimorum non minus quam recentiorum Philosophorum opinionibus, partim docendo diversos praestandi terram puram modos ac vias, partim asserta aliorum adversa suis diudicando ac destruendo, (ut Rüdigeri, precario statuentis, terram constare ex bullula aëria omni aethere orbata; Newtoni, similiter precario afferentis, aetherem esse terram; nec non Cartesii fictiones, et Boylei experimenta, quibus demonstratum ire voluit, aquam mutari in terram:) partim tandem colligendo Bourhavii, Crameri, aliorumque Virorum in arte chemica insignium chemica experimenta, quibus pleraque proprietates terrae purae in luce posita sunt. Impura terra peregrina continet, i. e. varie admixta cetera elementa. Amplissimam itaque Auct. Cl. instituit disquisitionem, de genesi mixtionis, inde et varietate; ut explicari mixta terrestria melius possent, ex arte combinatoria universali non sine acumine colligens, generatim ex mixtionibus simplicibus, quando unius tantum heterogeneo ex elementis iuncta spectatur, et ex compositis, quae plurimum, h. e. vel duorum vel trium homogeneorum adiunctionem requirit, ori decem mixtorum genera, quae superiora vocat; porro mentis acie directa vel in aequalitatem miscibilium, unde primaria mixta, vel inaequalitatem eorum, unde secundaria mixta oriuntur, triginta quinque mixtorum inferiorum colligit dari. Tandem vero conciendo aliam praeter ea differentiam mixtorum, non minus sensibilem, quae e mixtorum primiorum et secundariorum

com-

compositione ortum dicit, docet, infinita mixtorum genera prodire: unde non mirum, cum tanta prodeant mixtorum genera, fieri posse, ut non tantum mixta terrestria communia, sed et peculiaria ordinari, et extraordinaria, superiora et inferiora, explicari possint. In superficie telluris firma occurrit orbis antiquus, constans Europa, Asia, et Africa; et novus, Americam meridionalem et septentrionalem sistens, praeterea insulas, peninsulas, isthmos, clivos, colles, montes, rupes, promontoria, littora, valles, fundos, fossas, et abyssos. Quemadmodum in his declarandis non vulgaris eruditionis copia et apparatu A. utitur, ita deveniendo ad terram, qua sterilem, docet eam non esse inutilem censemendam, sed fuorum finium causa necessariam; sive mollis qua statum deprehendatur, uti creta, marga, argilla, sive dura, ut arena, sabulum etc. Qua vero fert. lem. docet, eam restare vel oriri e destructis viventibus, eorumque alimentis, testibus experimentis Külbelianis, in ea dissertatione de fertilitatis causis, quae Burdigalae A. 1741. praemio decorata est, esse admodum subtilem, teneram, et propemodum elementarem, sale diversae indolis intermixtam, h. e. vel nitroso, vel alcalino, vel mediae formae, neque eidem deesse principium oleosum, empyreumaticum, volatile, et oleosum fixum, pluraque ad theoriam foecunditatis terrae declarat. Tandem curiosae disquisitiones sequuntur de omni terrea massa, qualis et quanta sit statuenda, cava sit an solida? Solida, ex placitis physicis et astronomicis, praesertur cavae ac fornicate. Denique assertur, inferiorem esse officinam innumerorum mixtorum, diversorumque stratorum, specuum, cryptarum, finibus divinis respondentium. Capite huius sectionis primae secundo Nevertologia, quam vocem Micraelius in Lexico Philos. pro Oryctologia usurpat, dividit mixta subterranea vulgatoria in concreta seu glebas, et compacta sive massas. Occasione fossilium queritur Auctor Cl. ea, ob defectum nominum usitatorum, plerumque in multa genera haud accurate a Physicis dispisci, ita ut nemo scire possit, cur sic nec aliter fiat, inde que esse, quod alii aliter de mineralium classibus praecipient, et quis-

quisque recentiorum, ut Bourhavius, Linnaeus, Wallerius, Wolterdorffius, suo sensu abundet, nulla idonea ratione suffultus. Hinc rationes uberioris declarat A, quare omnia fosilia in concreta dispescuerit, et compacta seu massas. Concreta sapida esse docet, salia, olentia autem sulfura, saliumque ex aethere, aqua, et terra compositorum, alias esse simplices, alias compositos. Simplex sal, iudice Cl. Auctore, vel acidus est, vel acris vulgo alcali, et ex utroque mixtus vocatur medius, sive neuter, aut enixus; hos vero vel nativos esse docet, vel factios: ambo aut volatiles, aut fixos, attamen ex his illos fieri posse; docet praeterea A. acidum fixum impuriorum, vel adstringentem alumenum esse, vel vitriolum, seu acerbum, internoscique proprietatibus aliis, usibus crystallisque. Enodatis alcali nativo et lixivo, volatili et fixo, aphonitria et natro, ad salia neutra, h. e. ad salem culinarem et nitrum, nec non sales compositos declarandos, ut arcanum duplicatum, sal ammoniacum, digestivum etc, progreditur, quorum ortus, notae, varietates, usus, magno eruditiois apparatu illustrantur. Olentia dari ostenditur et humida et secca, volatilia et fixa, esseque halitus e sale volatili, aqua et terra inflammabili constantes, seu odores vel per se manifestos, vel eliciendos e. g. attritu, igne; alias constantes ac fere perpetuos, quales sunt moschi; alias minus, vitro includendos, ne dissipentur; darique eos in spiritibus, oleis, naphta, petroleo, maltha, asphalto, bitumine, lithantrace, ambra, gagate, succino, sulfure viva vel facto, unde ratio pendeat acidularum thermarumque. Ad compactiora iam transit Auctor Cl. robora, h. e. lapides, quorum hoc loco gregarios tantum tractat, tanquam arenarias massas. Dividit eos in puros, seu homogeneos, quos petras dicit, et impuros, heterogeneis mixtos, quos mineras adpellat. Petrae in igne immutabiles, lapides apyri, mutabiles vero vel in vitrum transeunt, vel in pulvorem, qui farinarii dicuntur, ut illi liquefentes. Apyri vel communes sunt, vel peculiares. Prioris sunt petrae cornae, molliiores durioresve. Posterioris vel pinguis attractu videntur.

videntur, ut talcum, vel fibroſi, ut micae, ollares, asbestos, amiantus. Farinosi lapides vel calcarii ſunt, vel gypſei, ut alabaſtrum et ſelenites. Calcareis accenſentur marmora, ſpatum, osteocolla, tophus, et belemnitae. Liqueſcunt in vitrum cotes omnis generis, filtra, fusiles, pyromachi gregarii, filices, quarzum, pumex, porphyrites, faxa, lateres, testae, murrhina. Digna ſunt leſtu, quae de his ſingulis diſſerit auctor Cl. in primis vero quae his ſubiungitit de ortu uſque lapidum diſquifitio. Tertium huius Sectionis caput eſt cimelioſologicum. Cimelia vocantur in hac Physica corpora egregia, quibus homines, ob eximiam naturae praeſtantiam, raritatemque, ingens preſtum ſtatuerunt; quaeque ſola vi corporeā procreantur, ac merito dicuntur naturalia cimelia; cum eorum non niſi pauca dentur in regno animali ac vegetabili, hic potiſſimum uofilia cimelia ſuum locum ſortiuntur. Ad ea referuntur metalla ac genuinae: ubi generatim agit auctor Cl. de mineraliſ matricibus cimeliorum uofiliumve, metallorum ac genuinarum, de notis communibus ac perfecta mixtione metallorum, eorumque ortu ac interitu. Curioſe deinde diſquirit, anum hodie metalla oriantur intereanteque? poſſit ne aliud quoddam in aliud mutari? Neminem has diſquifitiones legiſſe poenitebit, una cum aliis de indole terrea metallorum; de ratione; qua ea liquantur ac funduntur; de raritate, praeſtantia, varietate, ac utilitate, et in primis de proprietatibus eorum; de terra ac natura metallica; de glutine metallico; de coherētia ac duicitate metallorum etc. Acerrimo hic auctor Cl. iudicio aliorum ſententias de his omnibus diuidicat, veraque ac probabilia a falsis ac improbabiliſ diſcernit; iisque generali explicatis, ex parte tantum metallica, ſemimetalla in ſtatu ordinario, vel illiquida, vel liquida. Illa vel duriora ſunt, ut Arfenicum, Antimonium, Cobaltum; vel molliora, ut bismuthum, Cincum etc. Liquidum unicum eſt, hydrargyrum. Metalla nativa alia ſunt nobiliora, alia ignobiliora. Horum molliora ſunt ſtannum et plumbum, duriora aes et ferrum. Nobiliora ſunt aurum, Chryſargyros, vulgo Platina, et argentum.

tum. In quorum matricibus, mineris, segregatione, purificatione, docimasia, materia, diversitate, et praeparatis inde cum aliis, tum et metallis factitiis seu mixtis, ut tuttanegine, aere albó, orichalco, calario, campano, principe, tomabaco, auro sophistico nequam, et bene multis aliis declarandis et enucleandis tantam diligentiam adhibuit auctor Cl. ut si omnia pulcro illo ordine, quo illic meditationes sibi succedunt, exhibere vellemus, limites recensendi et scopum transilire nos oporteret. Ultimo huius capituli loco agit de gemmarum materia propria, generatione, divisione in genuinas et spurias, naturales ac facticias. Genuinae vel sunt animales, ut bezoar et margaritae; vel minerales, quasi gemmae et gemmae. Quasi gemmae sunt corallia, iisdemque affinia, et crystalli. Gemmae opacae sunt boreae, vulgo turcoides, iaspides, camei, Iacobinae, achates, opali, chaledonii, onyches, fardonyches, carneoli, berylli. Gemmae pellucidae sunt Rubin, et in his carbunculi. Hyacinthi, Topazii, Smaragdi, Sapphiri, Amethysti, Granati, et Adamas. De earum notis, adulteratione, pretio aestimando, ita A. praecepit, ut lectori optima, quae de iis quidem nunc reperi possunt, proponat. Absoluta sectione prima, in secunda Biologiam, h. e. res vita praeditas, pertractandas sibi sumit, eiusque primo capite de vita corporea agit, praemissa in antecessum brevi diatribe de sapiente vivorum et non viventium nexu, duplice nixo principio, causalí coexistentiae et successione, et finali, descripta dein communi vivorum et non viventium indole, accedit ad organa viventium explicanda, unde corpora vocentur organica, eorumque functiones atque structuram. Hic demonstrat structuram organicam non sufficiere ad vitam, sed necessarium esse ut organa sint *viva*: concipi ergo et dari nulla potest vita sine essentia natura vitali praedita, quae nisi a Deo haberi nequit, cuilibet viventi eam tribuente et conservante. Quodsi itaque adfuerit in corpore organica structura, cum vi vitali se formandi et nutriendi, sensui quodammodo in obscura perceptione principii vegetantis analogia, regulam sui generis observans, adesse cum in eo

eo corpore vegetationem docet auctor Cl. Inque hac vi consitere infimum vitae gradum, et ex ea, in statu maturo, sequi propagationem subolis, legi naturali subolescendi sibi convenientissimae conformem, eamque fieri et absolvii vel vi solitaria, vel sexus diversi socia. Notatu dignae sunt leges viventium generales, primum a nostro auctore in Physicis prolatae, solidaque valetudinis, invaleudinis, mortalitatisque explicatio, et distributio viventium in animata et inanimata: unde oritur divisio in Phytologiam, seu scientiam vegetabilium, et Zoologiam, i.e. animantium. Multa, occasione harum idearum, auctor Cl. alias multis atque densissimis tenebris obruta, in egregia constituit luce, subiunctis lucidis notationibus de motu vegetantium, de fermentatione, acescentia, putrefactione, et destructione, quibus ea mutantur et intereunt. Capite IIlo Phytologia generalis communem plantarum et essentiam, et naturam, vitalium organorum vegetationis expendit, eorumque functiones. Spectat huc universum regnum vegetabile, cuius Deus est rex supremus, illiusque velut cives sunt omnes vegetantium classes, ordines, et genera universa. Vegetationem ipsam incipit auctor Cl. deducere a simplicioribus vesiculis, inde pergere eam demonstrat ad composita, utriculos ac fibras, quibus praeparatur, miscetur, filtratur, secernitur, et distribuitur succus nutritius, qui sapa vocatur, pulpa, item medulla et germen, que sunt novarum plantarum rudimenta. Ubi et venae et tracheae, seu fistulae aereae, et vasa seminalia, atque organa genitalia consideranda docet, et dividenda, uti naturaliter differunt. Ex quo considerandi modo enasci demonstrat tandem divisionem inter plantas molles vel herbas, et duras seu arbores: ipsam adeo Phytologiam abire in Dendrologiam et Botanogiam; posteriorem iterum dispesci in generalem ac specialem. Dendrologia generalis traditur Capitulo III. quod proinde ea explicat, quae omnibus arboribus sunt communia, ut partes eorum proprias, et communes, et genera. Exponuntur itaque hoc loco radices, stipites, scapi, truncus, rami, folia, horum petioli, flores cum suis partibus,

cortex, nodi, surculi, stolones, turiones, termites, frondes, semina nuda et pericarpia, fructus et semina, veluti capsulae, nuces, baccæ, poma, drupæ. Quibus ex Ludwigi Linnæi, aliorumque doctorum virorum scriptis propriisque experimentis uberrimo declaratis, tandem exhibetur Dendrologia specialis arborum præcipuarum, capite IV. præter traducem, sexu vel coniuncto in diversis diskitisque stipitibus, vel coniuncto in eorum stipite, floribus masculinis et femininis, aut separatis, aut in unum florem coalescentibus, propagandarum. Quarum istae dioeciae, illæ monoeciae, declinæ, hæ hermaphroditæ vel monochniae dicantur. Proceritate et magnitudine sua principatum tenentes merito præcedunt. Inter dioecias eminent palmae, cedri, larices, terebinthi, lentisci, salices, populi, fraxini, hisque affines. Monoccarum præcipuae sunt castaneæ et castaneta, betulæ, quercus varise, inglades, coryli, carpini, pini, fagi, platani, cupressi, aliaeque nutriferæ. Hermaphroditarum tandem sequuntur series, pomiferarum, drupiferarum, bacciferarum, et exoticarum variarum nondum satis notarum. His subiunguntur frutices, et cavae arundines, tandemque marinae.

*COMMENTATIONES SOCIETATI REGIAE  
Scientiarum Göttingenſi per Annos 1758. 1759. 1760. 1761  
et 1762. oblatae a IO. DAV. MICHAELIS, eius  
Societatis Directore.*

Bremæ, sumtibus Georg. Ludov. Försteri, MDCCCLXIII,  
1 Alph. 2. pl. in 4to.

**I**n ea, quam celeberrimus auctor huic collectioni premissa, brevi praefatione, ait, se iure, quod Superiores fudalibus Societatis regiae concesserint, usum, novem illas commentationes, diuersos per annos recitatas, seorsum hic edidisse. Nos quidem optamus, ut caeteri illius Societatis cives dignissimi, inter quos honoris causa nominamus illustr. Kaestnerum, doct. Hey.

Heynium, virorum suminorum, Hollmanni atque Michaelis, sequantur exempla, inque ostendis praelectionibus curam diligentiamque ponant. Etenim iniuum fere est, soltem dolendum, quod eruditorum res publica, quae priora commentariorum volumina, laeto animo accepta, continuata non vidit, novam eorum partem in hunc usque diem fructu exspectat, causamque istius morae non membris Societatis celeberrimis, sed infelici cuidam cum bibliopola liti, adscribere cogatur. Speramus autem, nos brevi tempore totius collegii scripta aliqua lecturos, (memoriamque b. Gesneri in primis grata cum mente renovaturos esse,) quemadmodum nunc unius soluni membra, celeberrimi Michaelis, perlegere dissentatt. aliquas licet. Gravem vero adesse gratulandi nobis de footu hoc novo Cl. Göttingensium Philologi causam, omnes, qui aut librum ipsum iam evolverunt, aut nostram percurrere velint recensionem, aut lecta ista demum excitentur ad illum accuratius perlustrandum, uno ore confitebuntur. Omnino enim hae IX. commentationes dignae sunt, quae diligentius perlegantur, non modo ob novas, quas in iis saepius invenimus opiniones, aut mutatas dicendi tractandique rationem; sed etiam ob refutatas, quae viro Cl. displicuere, aliorum opiniones, vel, si arriderent, confirmatas, novisque argumentis, iisdem quidem gravioribus, fultas atque illustratas. Antequam vero ipsam adgradiamur istorum libellorum uberiorem paullo descriptionem, necesse esse credimus, ut primo argumenta commentationum indicemus, quo magis appareat, ne materiam quidem, cui tractandas Cl. auctor operam suam impedit, vulgarem esse; deinde lectoros nostros moreamus, id compendii, quod auctor ipse adhibuit, singulis paragraphis singula adscribens argumenta, in usum quoque nostrum nos converstos, atque ea, quae prae ceteris memorata digna nobis videntur, addicemos. Prima igitur harum commentationum de *Theophis* agit, inde a pag. 1-11. Secunda, de censibus Hebraeorum, a p. 12-30. Tertia, de exilio X. Tribuum, a p. 31-49. cum epomstro, de numero exstinctorum.

hum Iudaeorum a Nabuchodonosore deportatorum, a pag. 50-59. Quarta, de natura et origine maris mortui: Commentatio prior a.p. 60-68. Quinta, de eodem mari Commentatio posterior, a pag. 87-124. cum epimetro a pag. 124-133. Sexta, de Nitro Plini, a p. 134-150. Septima, de Nitro Hebraeorum, seu נִירָה, a p. 151-165. Octava, de Syrorum vocalibus ex Ephraëmo, a p. 166-175. Nonna, de paradoxa lege Mosaica, septimo quovis anno omnium agrorum ferias indicente, a p. 176-194.

Iam pergimus ad ubiorem commentationis primae de Theraphis expositionem, visuri quodnam singulis paragraphis insit argumentum, quaque ratione illustratum. (§. 1.) *Iudeorum de Theraphis sententias cur non colligantur?* Nempe, nulla in re minorem esse Iudeis fidem habendam, quam in Idolatriæ historia, ex his in primis apparere causis, quod primo deorum peregrinorum veneratio et legi mosaiæ contraria, et Iudeis ipsis abominationi fuerit; deinde vero etiam huic populo, praeter codicem sacrum, nulli reliqui sunt libri antiqui, ideoque omnia, quæ ab illo narrantur, traditiones orali eademque suspecta et mendaci nitantur. Accedit huius gentis exigua, aut plane nulla graecarum litterarum scientia, quæ tamen fons quasi sint, ex qua in hac doctrinae parte hauriendum sit. (Miramus, ab auctore nimis reiici Iudeorum narrationes: nam ut taceamus de usu, quem ex eorum traditione habere nos posse in illustranda Michaelis historia censet Cl. Michaelis ipse p. 6. (sic quoque veram esse eius de hac re sententiam,) cur non licet nobis, in exquirendis eorum opinionibus, dictis, forte et fabulis ac traditionibus, eadem uti libertate accura, quam auctor §. 6. adhibuit, arbitratus, et fidis ineffe aliquid veri. (§. 2.) *Theraphi esse videtur Sileni Graecorum.* Pausanias in Graeciae descriptione l. VI, c. 24. ita: Σύροι εἶναι τοῦ γενέτεροῦ τῶν Σιληνῶν, inquit, λαοῖς τοῦ αὐτοῦ μάρτυρες τοῦ τεφερίου εἰσιν. Μὲν γὰρ τῷ Θεόντω χαμένοι Σιληνοὶ μνημονεύουσι. Quo loco adducto præsertim inititur V. Cl. ita concludens: si vel Moïse auctore constet, absoſſoſe saltam esse in quadam Palæstinae regione deos, non sepul-

sepultos, sequi hoc, ut Pausanias aut spectaret eos, aut in suspitionem absurdii mendacii veniat. In diis vero, quos Iacobus Sichemi defodit, Genet. XXXV, 4. sine dubio fuerunt Theraphim, hos enim Rahel furata est, Gen. XXXI, etc. Iam E. A. Schulzius, in exercitatione de Silenolatria Samaritanorum putavit, licet de Theraphi non cogitaret, illam Hebraeorum terram Pausaniae, quae sepulcra Silenorum habere credebatur, Sichemum videri et Garizim. (§. 3.) *Etymon hebreum nominis Theraph, formae Silenorum conuenit.* Arabice *ثَرَف* non solum lautiorem vivendi rationem, sed etiam vultus aliquam turpititudinem, praecipueque laborum nasique deformitatem significat. Utraque vero huius vocis interpretatione in Silenos quadrat, atque omnino coniungi potest; posterior tamen aliqua ex parte erit antesferenda, si traditionem Hebraeorum species, quae Theraphis formam humanam tribuit, nec ab auctore reiicitur, ut supra diximus. Quum ergo Theraphi inde sint qui Sileni, hi vero humana forma fuerint, sequitur; et Theraphos hominibus similes fuissent. (Haud accurate afferit auctor, alios conjecturis, detorsionibus, litterarumque mutationibus induluisse, in inquirenda verbi huius interpretatione versatos. Licet enim fuerint, qui ita agerent; tamen iam Pfeifferus priorem ex Arabia defumtam significationem *ثَرَف* adduxit, et ex Syria melioram posteriore auctoris, ex nostra quidem sententia, dedit. In idiomate Syriaco nimis Theraph modo percontari est, modo indicare. Spectare hoc ad vim Theraphorum, edendi oracula, perspicuum est, quam denegare illi diserta Scr. S. loca vetant.) (§. 4.) *Theraphi Hebrasorum, prorsus ut Sileni Graecorum, ad Satyrorum genus referuntur.* Neque enim Levit. XVII, 7. *שְׁעִירָיִלְלָה* pilosos hircos interpretari vult C. auctor, (quam significationem haec vox nuda posita non habet, licet cum *כַּרְבָּלָה* coniuncta eam accipiat) neque credere, Israelites, vitas pastoritiae deditos, capris divinum honorem habuisse. Iam quis est qui putet, genti usi idem numen et sacrificium fuisse, aut potius eam tandem perversitate, ut caprum capro immolaret. Pilosi ergo hi non hirci videntur esse, sed ex simili-

similium maiorum, poëtarum pictorumque arte non nihil mutatarum, genere; atque, Vitringa ad Ies. XXXIV, 14, docente, Graecorum Satyri. Hos pro diis coluerunt Israëlitae. Suspicatur adeo Cl. M. de fołlos Sichemi Theraphos a scriptore Chronicorum vocari Satyros, a Paralip. XI, 15. (§. 5.) *Controversia Hardii, de origine nominis Silenorum, nos etiam re-pudiando:* Deum felicet, quem X. Tribus, earumque posteri Samaritani, colere credebat, a Silunte nomen שִׁלְעָן Dei Silani vel Siluntici accepisse, ut Iudeorum Deum a Sione. Sed est coniectura. (§. 6.) *Unde fabula de Satyris, Silenis, Theraphis orta?* In fabulis non omnia ficta censenda sunt, veritati potius aliquid dandum est; igitur inquirere quoque paulo diligenter in discrimen utriusque sum oportet, qui rem non satis perspicuum illustrare cupit. Sic Cl. Mich. de Theraphis, ad maius simiarum genus a se relatis, agens, ficta a veris separnit, simiasque illas accurate describit, quo magis pateat superstitionis illius, divinique iis habiti cultus causa et fundamentum, crescens quoque paulatim magnitudo. (§. 7.) *Desiderata.* Theraphos fatidicos suisse, quamquam non simpliciter neget Cl. M. nimis tamen late affirmat. Quod porro ad imagunculas Theraphorum attinet, de quibus Iudaei multa loquuntur, quartum vis insuffrandi futura praedicatur, auctor modeste ignorantiam suam confitetur. Ceterum, multa in hac dissertatione speciem veritatis tantum prae se ferunt, argumentisque historicis destituuntur.

Sequitur II. *de confibus Hebreorum commentatio.* (§. 1.) *Cui bono de hoc arguendo diffundetur?* 1) ut necessitas initium census appareat, plebisque de eo perverba sententia evaneat. 2) Istericatum illud ac veri disimile, quod in censibus Hebreorum inest, cognoscatur. 3) Ad veram de Polygania sententiam deducantur. (§. 2) *Cesus Israëlorum in quo tempore Datus?* Bis enim a Moysi institutus est; nimirum primo et uelut commemorationis in Arabia anno, et leges per eum latae, census populi superius actum iri, pro certo sumunt, Exod. XXX, 14. Ex ea, quod Iudaei, post exsilium Babylonicum viventes, quoniam certi decrateret numerus, dimidium

dium tamen sicutum quotannis Deo deberi sanxerunt, sequitur, eos credidisse, singulis annis populi census esse instituendos. Eadem, qua isti Iudaei, sententia fuisse loasum, colligitur ex Patalip. XXIV, 6. Rara census acti mentio non tollit annuam ipsius celebrationem: quae enim quotannis fiunt, ut nota ab historico omittuntur. Populum vero saepe numeratum esse, locutiones inde ortae probant, quae cum saepius repetitae in Sc. S. occurrant, nonnisi a rebus consuetis peti solent. Huc pertinet liber seu census viventium apud Moysen, aliasque Scriptores sacros, Exod. XXXII, 32. Ps. LXIX, 29. Ezech. XIII, 9. (Pradus, Geyero ad Psalmum illum commemoratus, in explicatione Ezech. ita: descendentes ex Aegypto et Babyloniam Israelitae superstites, relati sunt omnes in catalogum, qui dicebatur Scriptura dominus Israel, aut liber vitae seqq. Quae ideo addimus, ut appareat, iam aliis comparationem ipsam quidem non ignotam fuisse, neque vero in mentem venisse ab ista usitata formula ad censum institutorum multitudinem concludere, quemadmodum auctor fecit: nescimus, an bene?) (§. 3.) *In censi Davide quid peccatum sit?* Neque enim sacrilegium, si non solutum dimidium sicutum, ex Iosephi sententia; neque, ut recentiores volunt, superbia regis Davidis, causae divinae irae fuerunt: sed consilium, omnes Iudeos ad militiam et servitutem perpetuam obstringendi; quod regis consilium detestandum, vel Iorbo, ut bono civi, licet alias homini nequam, displicere potuit. Haec est auctoris sententia, quae sine dubio multis placebit. (§. 4.) *Nodus in censi Moysis, incredibilis primogenitorum paucitas.* Ex Numer. III, 43. patet, numerum primogenitorum fuisse 22, 273. Cl. auctor censos et non censos in has intulit tabulas: fuerunt nimirum

censi	-	603159
non censi	-	301775
scorsum censi Levitae	-	22000
		927325.

Ff

Habe-

Habemus ergo, posteriori numero cum priori comparato, ex 42. Israëlitis singulos tantum primogenitos, et in singula coniugia medium natorum numerum quoque 42. Talis vero matrimoniorum felicitati haec tria obstant: 1) Neque anni quidem uxorum, ad partum apti, sufficiunt. 2) Lactatio apud Hebreos ad XXX. menses durabat, quo tempore lactantibus abstinentium erat a Venere. 3) Media hoc numero assumto, alia coniugia, aliis foecundiora, 90 vel 100 liberis abundant necesse est. Manifestus ergo error videtur hic deprehendi posse; qui ut evanesceret, auctor olim significationem וְרַכְבָּה restrinxit. Verum haec erroris solutione ei, aliam eandemque meliorem instituturo, displicet.

(§. 5.) *Indicium enim est illa primogenitorum paucitas polygamiae frequentissimae*, ex lege Mosaica et consuetudine valde usitatae. Quare et numerus ille in singulas familias medius non incredibilis videtur, tot enim liberos ab homine robusto ex pluribus foeminis suscipi posse a veritate non abhorret. Accedunt aliae foecunditatis causae ab auctore commemoratae, a nobis omisae, ne nimis longiores essemus. In familiis vero Hebraeorum polygamia non nisi unum habitum fuisse primogenitum, assertio est, cui, inter alia Iacobii exemplo nixae, obiectio e בְּנֵי יִשְׂרָאֵל desumpta obesse minime potest.

(§. 6.) *Corollaria*. Premontvallus, polygamiam et lege civili illicitam, et minus frequenter Israëlitis Mosis tempore fuisse, ostendere voluit. Prius in alio libello impugnavit ill. M. posteriorius, quamquam olim crediderat, nunc tamen quoque reuicit. In Aegypto certe celebrata plurimum fuit polygamia, cui et tribuenda erit primogenitorum in deserto paucitas. Neque porro incredibile videbitur, qui populus Israëliticus, intra CCXV. annos, ex LXX. capitibus in tantam exsurgere potuerit multitudinem, quantum tempore exitus ex Aegypto fuisse constat. Ceterum non in omnibus Tribubus aequa viguit polygamia.

III. Observatio. *De exilio X. Tribuum.* (§. 1.) *Multi gravesque errores orti sunt ex alio errore de exilio X. Tribuum.*

Magnae

Magnae gentes his Tribibus, in exilio multiplicatis, ortum suum adscribunt: argumenta vero, e. c. linguarum morumque cum Israëlitarum consuetudine consensus, satis levia sunt, magisque late patent. Alii ad easdem Tribus Synagogas illas referunt, quas ubique in remotissimis Asiae aut quaerunt, aut inveniunt. Alii liberationem, ab Hosea imprimis et Ieremia Ephraëmitis, (sic auctor X. tribus a tribu imperante appellat,) promissam, huc usque vero non impletam, olim in regno demum millenario impletumiri arbitrantur, Israëlitas nescimus in quae incognita loca deducentes. Cadente ergo errore de exilio X. tribuum, et caeteri cadant necesse est. (§. 2.) *Reliquiae populi post gravissimum bellum non magnae esse potuerunt, nec multi in exsilio rapi.* Bella interna s. civilia, crudelia deinde externa cum Syris alisque gentibus gesta, coniunctaque cum iis matrimoniorum raritas, Samaria per tres annos obsidione clausa, refugium Ephraëmitis in terra Iudea patens, quo aliqui certe, ut exsuum effugerent, usi sunt: magnae sane fuerunt causae diminuti populi, ab Assyriis in exsuum deportati. Non igitur integræ X. tribus in Assyriam migrarunt, sed earum quasi reliquiae, numerum vix 12,000 impletantes; quod posterius e collatione Ierem. LII, 28. 30. et 2 Reg. XXIV, 14. 16. in epimetro p. 50. ostenditur. (§. 3.) *Nec solebant integri populi in exsuum duci, sed ditiores, aliquæ, qui rebellatur videbantur, relicta in agris patriis imbelli plebecula, quæ sine duce et armis minimè metuenda, augendas potius et propagandas soboli inservit.* Omnia haec uberioris ab auctore pertractata (§. 4.) ex historia exsuum Babylonici confirmantur. Iam (§. 5.) concluditur: *multos ex decem tribibus Israëlitis in patria videri remanisse, nempe in agro Samaritano.* (Ipsi enim Samaritani et volunt esse posteri Iacobii, et olim voluerunt, Ioh. IV, 12.) eiusmodi vero reliquiarum indicia satis clara habes in nimis illo neglecto Chronicorum libro, 2 Par. XXXIV, 33. XXXV, 17. 18. (§. 6.) *Reliquiae decem tribuum, si quae gentibus barbaris non commixtae fuerint,*

runt, *sub Cyro cum Iudeis videntur in Palaestinam redire*. Cyri enim edictum omnes spectabat, non Iudeos modo, sed et Israelitas, nec Ephraemitarum sedes extra Cyri, Assyriae etiam heredis, regnum querendae nobis sunt. Numerus Iudeorum in Palaestinam redeuntium (Ezr. 2, 64.) fuit 42, 360. qui tantus non fuisset, nisi Iudeis multi ex Ephraemitis se adiunxissent. (§. 7.) *Dubia diluantur.* Primum ex 1 Par. V, 26, ducitur, sed locutione ita, *in hunc usque diem*, recte intellecta, et illud solutum est. Neque enim pleonastica folum esse auctor putat, sed pluribus, quos liber Chronicorum habuit, auctoribus communem, quorum quisque res sui temporis in hoc libro enarravit. Alterum dubium inde oritur, quod in Ezrae et Nehemiae libris, cum census instituitur reducum in Palaestinam, etc. nulla reliquarum X. tribuum mentio fit. Solutionem auctoris lectores nostri perlegent. (§. 8.) *Si qua decem tribuum progenies remansit in exilio, non ubi illa terrarum querenda, sed in Media, Assyria, et Mespotamia.* Locus disertus, quo auctor nititur, est 2 Reg. XVII, 6. Media scilicet ad Caspium mare, et ad Cyrum flumen pertinet. Chalach~~urbis~~ est Assyriae. Chaboras vero fluvius cum duplex sit, alter notior in Mesopotamia, alter in Assyria; prior ab auctore posteriori (et recte quidem) antepositus, contra Schultensium defenditur. (§. 9.) *Hic vero in regionibus reliquaiae X. tribuum non inventae sunt.* Quae enim in Mülleri collectaneorum Rassicorum T. IV. de Iudeis, ad occidentem maris Caspii, et circa Cyrum flumen sparsis, leguntur, non admodum placent auctori; sed sunt tamen aliqua attentione, accuratiorique inquisitione digna. (§. 10.) *Ziffe Ibrahim in Madagascara non sunt Israelite, sed Arabes;* multo minus reliquaiae X. tribuum, quemadmodum ex Flacurtii historia Madag. colligi posset. (§. 11.) In isto ad §. 2. epimetro auctor conciliationem Ier. §2. cum 2 Reg. 24. tentat, veramque textus horum locorum lectionem (§. 12.) contra Zwingium (§. 13.) contra Kennicotum, qui uterque librariorum putat adesse errorem, defensam fuisse. De priori inter alia (p. 55.) ita M. „hunc eius (quem puto)

„erro-

„errorem malim ante duo secula commisisse, quam omnia  
„ita disputare, quae hac in *commentatione* leguntur, mihi-  
„que videntur vera.“

IV. et V. *De natura et origine maris mortui.* (§. 1.) Descriptione huius maris auctor et antiquitati iudaicæ, et scripturis lucem affundere, spicilegium post Relandi Palaestinam scribere, neque vero omnia, quæ ad illud spectant, re- censere vult aut repetere. (§. 2.) *magnitudo maris mortui incerta.* Dissident enim inter se veteres et recentiores. Et ex his quidem Maundrellum et Pocokium nominat, allatis que eorum verbis, aut si mavis testimonii, nonnulla addit attente observanda: scilicet, Maundrellum excerpere videri Plinium, non in oriente audita repetere. Causam vero hu- ius dissensus auctor in credulitate iter facientium ponit, quo- rum nemo arte ac ratione mare illud emensus sit, sed oculis modo quivis illud, incolarum narratione fretus, perhistrarit. Ostendit porro, et Shawium in errore mathematico fuisse veratum. (§. 3.) *Mare pene saltugno Asphaltites, unde est quod tunc nihil in eo submergitur.* Mare mortuum Hebraicis quo- que dicitur mare saltum (ים מלח), quia sale abundat, vel Galeno docente, mera saltugo est; quo sit, ut nec sal in eius aquam coniectus liquefaciat, nec vivit quidquam ob eius gra- vitatem in ea submergi possit. Cum Galeno recentiores illi consentiunt, qui et ipsi natandi periculum fecerunt, non submersi, sed in altius sublati. Fere idem narratur a Strabo- ne: quæ enim de lacu Sirbonide loquitur, ad mare Sodo- miticum referenda sunt, ut dudum observarunt interpretes. Pondus saltæ huius aquæ ad aquam dulcem, est ut §. ad 4. (§. 4.) *Sale maris mortui Palaestina utebatur;* suppeditabatur enim nullo pene sumtu et negotio. Nihilominus hoc natu- rae donum plerisque recentiorum Sc. § interpretum igno- tum fuit, quare ab auctore nostro, Pocokio praeceunte, de- scribitur. In valles scilicet, quibus Asphaltites cingitur, Ior- danes, verno tempore vehementior factus, incurrit; a qui- bus recedens aetate, tenui strato salis vestitas valles relin-quit.

quit. Tum accolae fossas in littore excavant, in quibus residua aqua sole aestivo coquuntur, salemque iis relinquent. Zeph. II, 9. hae salis fossae commemorantur. Cur vero vallis circa Asphaltiten vallis salis saepius in sacro codice appelletur, ex antea dictis facile apparent. Ezech. XLVII, 11. ita ab auctore explicatur: „palustria ac fossae maris mortui non sanabuntur, sed sali destinabantur.“ Tam necessarius Palaestinae fuit huius salis usus. Qui tamen num gustu bonus, et cibis condendis aptus fuerit, dubitat Carpzovius, Lubecensis praesul; contra quem disputans auctor, ostendit, salem maris mortui verum salem culinarem fuisse, et esse. (q. 5.) *Sal Sodomiticus Rabbinorum est verus sal communis, non bitumen.* Illum enim adhibitum fuisse tam in sacrificiis, Levit. 2, 13, quam in sussimento sacro, Exod. 30, 35. Rabbinorum est sententia; esse vero bitumen, Lightfootus in primis, van der Hardt, et Schöttgenius affirmarunt, Michael negante. Et auctor quidem noster rationes pro sua sententia afferit, in quibus haec praesertim notandae. Bitumini nulla omnino similitudo est cum sale; incredibile videtur, utramque rem tam diversissimam eodem fuisse dictam nomine; non soli exteri bitumen salem non vocant, sed ipsi illud Hebraei נזון dixerunt; quas enim p. 75. afferat praetermittimus. Nulli, praeter Hardtum, eandem bitumini quam sali tribuerunt falsuginem. In nota quadam Cl. Mich. b. Gesneri, qui aliquando e Schöttgenii, postea ex auctoris parte fuit, dubia solvit. Quae Hardtii et Schöttgenii argumenta resutatione digna censuit, haec sere sunt: 1) Hardtius dixit *bitumen suavem ex se spargere odorem*: certe autem succinum cum bitumine confudit; posterius enim tristis esse odore, tam ex experientia, quam Linnaei de bitumine definitione ostendit auctor. Bitumen iudaicum veterum medicorum Aegypti est, non Asphaltitis munus, utrumque tamen molesto odore. (Hilli hist. foss. p. 414.) quare si illud spectasset Hardtius, argumentum eius nihil ex eo acciperet roboris. 2) Idem afferit: *cornem adipemque citius ab igne consumi putuisse bitumen*.

*ne adperso; concessa vero hac eius sententia tamen nostranom tollitur, aut בָּשָׂר bituminis nomen est, aut victimae saliendas bitumine conspergendas sunt.* 3) *Desperat, locum Mors. IX, 49.* explicare posse, nisi sal, quo victimae saliendas sunt, bitumen sit. Michaelis vero *xvi* casu tertio, non sexto sumit, atque ita interpretatur: igni seu flammea victimae saliuntur; aut, totus flammea salietur, ut omnis victimæ sale conspergi solet. 4) *Schöttgenius urget, salem Sodomiticum Rabbinorum nec sabbato quisceret, quoniam mare, unde sal conficitur, omnibus diebus exundet.* Sed Sch. ignoravit, quonodo in fossis sal oratur, (cf. §. 4.) alias cognovisset, verum salem communem describi ex illo mari paratum. 5) et 6) Argumenta fatis levia sunt, ut molestos lectoribus fore nos credamus, si in iis adducendis laborem ac tempus terere vellimus. (§. 6.) *Christi simile, de sa'e fatuo fatto, non a bitumine petitum, sed a sale communi.* Hardtius et Schöttgenius bitumen insipidum fieri posse, huiusque in plateis accivioribus ab Hierosolymitanis sparsum, ne euntes caderent, crediderunt. Verum 1) bitumen natura sua iam est insipidum, ergo non potest *μυρεῖσθαι;* 2) Dicit, non probat Schöttgenius, plateas Hierosolymas huius bitumine conspersas, igitur adeo petitio principii. 3) Ad verba Christi nihil facit, sive salem, sive bitumen in plateis accivibus sparsum esse putes. Vult enim Redemptor, ut sal insipidus omni profus utilitate careat; haberet vero aliquam in plateis sparsus. Auctor communem salem, sordidieisque tabidam (germanice, das Salz wird schmierig), quae illum saliendis cibis ineptum reddit, intelligit: (§. 7.) ex Rabbinorum ergo sententia sal marinus, ex lacu Asphaltite excoctus, et sacrificiis saliendis, et suffimento parando, adhibendus fuit. (§. 8.) *Piscesne alat Asphaltites?* Carere piscibus et cochleolis mare mortuum, Hieronymus, aliquique veteres crediderunt; posterius Maundrelli, qui conchylia in littore huius maris vidit, tollitur testimonio, et prius incertum esse, Ezech. XLVII, 9. 11. docet. Ex eo enim, quod inter miracula et hoc commemoratur, pisces in

in mari mortuo captum iri, sequitur: Asphaltiti ex more pisces non inesse. Accedit fallugo huius maris, propter quam pisces in eo submergi nequeant. (§. 9.) *Exitu caret Asphaltites, id est vero Iordanus supra solitum austus exundat.* Credit auctor, vapores quotidianos, aquae, quam Iordanes devehit, exhauiendae sufficere; ostendit, magnitudinem huius maris a Shawio duplicatam, plus vero aquae Iordani tributum esse, quam ad mare istud deferat. Etenim Iordanes Martio et Aprili mense acerrime fluit, aestivo et autumnali tempore tardius. Illis autem dictis mensibus, in quibus vere exundat mare mortuum, quum ad Asphaltitem acceperat Shawius, nec tardioris, qui alio tempore huic mari est, cursus rationem haberat, in determinanda illius celeritate et latitudine erravit. Ceterum, Asphaltiti subterraneos in alia maria meatus auctor nullos tribuit. (§. 10.) *De Bitumine.* Michaelis nec bituminis Sodomitici naturam, nec ortum, colligendique rationem, explicare vult, certos huius rei testes desiderans. Strabo fabulosa admiscet; Shawius, quas e mari erumpentes hituminis bullas enarrat, non ipse vidit, sed ab aliis, de quorum dubitatur auctoritate, accepit; quae tamen, si verae essent, locis Sc. S. quibusdam, e. c. Sap. X. 7. Iudae v. 7. lucem afferrent. Bitumen maris mortui, iudaico vetere, medicis commemorato, inferius est, et Shawio teste nigrum, talique splendore, quali gagates. Verum et Hillii et Shawii testimonio, aliqua saltem ex parte, A. diffidit. (§. 11.) *Naphtha in vicinia maris mortui.* Nec enim bitumen sine Naphtha nascitur, cuius ergo fontem et in vicinia Asphaltitis fuisse, et esse, licet iter facientibus non commemoratum, auctor putat, et ex Ies. XXXIV, 9. 10. colligit: quo in loco interpretes de Naphtha minime cogitarunt; qua tamen cognita, et Kaempferi testimonio collato, dictum Prophetae clarum est. Montes in vicinia maris Sodomitici ex se bitumen edere, Strabo iam testatur. Ipsum Naphthae nomen facit, ut eam in Arabiae aliqua parte fundi auctor existimet; est enim ab Arabibus,

apud

apud quos Λέβι ebullire significat, ad Medos, ab his vero ad Graecos translatum. (§. 12.) *Vapores Asphaltitis quales? aeruginem auro inducant?* Strabo, cuius latinum interpretem merito arguit auctor, et Baruch. VI, 24. de aerugine auri loquuntur; huc pertinet etiam Iacob. V, 2. 3. Thren. IV, 1. Diodorus Siculus autem mutatum auri color, brevi post redeuntem, commemorat. Ultra ergo eligenda est sententia? difficile est, certi quid statuere. Fortasse halitus cum fumo naphtheo erumpentes tristem auro colorem afficeret potuerunt, quem accolae postea aeruginem nominarunt. Halitus certe ac fumus naphtheus eruptionem bituminis annuntiarunt. Isto vero tempore, et XX. dies ante illam bituminis eruptionem, maxime noxius aëri fuit halitus etc. (§. 13.) *Pentapolis sita in valle, quam nunc Asphaltites impler.* Relando contradicens, quatuor pro sua sententia Auctor adducit rationes: 1) Genes. XIV, 3. 10. 2) Moses vallem istam admodum fertilem describit c. XIII, 10 quae fertilitas in aliam vallem, mari mortuo vicinam, non quadrat. 3) Si in illo stabili littore sita fuisset Pentapolis, difficile dictu est, cur effugium incolis nullum patuerit. 4) Non urbes modo vastatae dicuntur, sed tota circumiecta planities, Genes. XIX, 25. Quae Relandus contra auctoris adducere potest sententiam eo fere redeunt: nullibi in sacris litteris inundationem Sodomorum, sed conflagrationem commemorari; nec autem vere opponi ei possunt. Michaelis enim, negans submersas esse has urbes, igne coelesti tactas conflagrasse dicit. Qui Josephum priori testem esse arbitrantur, ignorant quam diversa sint, quae Antiqu. Iud. I. I. c. 8. §. 3. narrat, ab iis, quorum de B. I. I. IV. c. 8. §. 4. mentio fit. (§. 14.) *Ante excidium Sodomorum palus iam sub terra stagnabat, strato bituminis aliud glebas fertili stratum, ipsaque urbes continent.* Vel in Germania, in nonnullis locis, in quibus olim terra agrique erant, paludes tibi occurunt; ecquis est qui insulas natantes ignoret? Praeterea duo haec addit Cl. M. 1) Aqua maris

maris mortui, caeteris aquis gravior, maius imponi sibi onus pati potest. 2) Fundus maris bitumen eructat, quod, aqua Sodomitica levius, modo ei innatat, modo in dies crescentes stratum bituminis fit etc. (§. 15.) *Quo devenerit aqua Iordanis, antquam palus ista subterranea incendio detegetur.* Sciendum est, multum aquae exhalationibus quotidianis absumi; plus autem aquae eius, quae terrae commiscetur, quam quae pura restagnat. Fortasse porro Iordanes, riveque alii, non toti subierunt terram, sed canalibus multis per totam vallem divisi sunt, quo facilius fluvii isti in vapores abirent. (§. 16.) *Vallis illa ante incendium innumeris rigata canaliculis,* probatur ex Genes. XIII, 10. anctorque נַחַת ex arabico idiomate vertit, terram canaliculis fossisque rigatam; quam significationem et LXX, et Syrus Onkelosque videntur spectasse, atque alii Sc. S. loco, huic simili, nempe Ezech. XLV, 15. licet paulo mutatam, adscribit Cl. Mich. (§. 17.) *Fontes bituminis et naphthae in valle Siddim,* qui viatis regibus effugii viam, abscissa tanquam planicie, negarunt, Genes. XIV, 10. Naphthae enim fontes, quales a Kämpfero describuntur, fragili et intuto lapide marginem inerustantes, accedentem fallunt, aut haulturi illum, aut prodituri persequentibus. (§. 18.) *Fulminum iactu, non pluvia sulphurea proprie sic dicta, urbes deletae.* Praeter Iosephum et Clericum, pluviam hanc proprie intellexerunt interpres, de fulmine autem in illo loco Genes. XIX, sermonem esse auctor putat: 1) Quia phrasis mosaica, *igne et sulphure pluit,* non priva est Sodomitico exitio, sed et alibi occurrit, e. c. Ps. XI, 6. Ezech. XXXVIII, 22. 2) Quia, accepta fulminis explicatione, cum iis, quae a Moysi narrantur, et alii v. c. Iosephus et Tacitus, congruant. (§. 19.) *Stratum bituminis, quod agros fertiles sustinebat, cum fulminum iactu exorsisset, recessisse fuit agros in subiectam paludem descendere.* Etenim bitumen, in sodinis latens, neque expositum aeri, multo inflammabilius est eo, quod ad nos deferri videmus: quanta porro est vis fulminum! quanta naphthae fontibus ignem

arris

arripiendi celeritas! quam apta denique salisugo maris mortui ad alienum propagandumque ignem! Ex his omnibus patet, qui fieri potuerit, ut tam pauci, et Lothi solum familia, istud effugerent periculum. (§. 20.) *Quid in Clerico, pleraque vera habente, reprehendendum?* 1) Quod multa de terrae motu disputet; nec nota mosicae historiae, nec ad urbium submersionem necessario. 2) Quod ante hanc exustionem nullam habet voraginem subterraneam, aquas a Iordanie devectas haurientem. (§. 21.) *Strabonis locus p. 764. al. 1108. de ambitu LX. stadiorum residuo, qui de urbis Sodomorum magnitudine, conspicuisque eius in mari ruderibus intelligi solet, explicatur, et quidem ita: „unde facile credo accolam narrationi, XIII. ibi olim urbes habitatas fuisse, quarum Sodoma metropolis; huius ex circumiecta regione X. circiter stadiorum ambitum supereesse.“ Κυκλος est secundum auctorem ambitus agri, οντερδαι vero servari.* Vulgarerum Strabonis latinam interpretationem in hoc certa loco inferiorem esse ea, quam auctor dedit, statim patet ex utriusque collatione. (§. 22.) *Omnino veri diffinile, ruinas Sodomorum sub mari mortuo conspici, nec certi huius rei testes;* Strabo enim nihil de ruderibus sub mari visis habet. Josephi quod afferunt testimonium, haud satis clarum est, nec perspicuum. Qui vero Maundrello tale quid narrarunt, duo patres Hierosolymitani, fide indigni, nec a pio mendacio, quo in Palaestina nihil usitatius, alieni censendi sunt. (§. 23.) *De uxore Lothi.* Auctor בְּשָׂרֶב monumentum ex sae Sodomita, a posteris uxoris Lothi in eius memoriam erectum, ac conservatum, interpretatur, nec בְּשָׂרֶב statuam potius esse, quam cippum, ex rabbinica et arabica linguis patere dicit. Dubitamus, num Arabem Erpenii recte interpretatus sit Cl. M. credimus nos, illum sententiae huius magis accedere, quam ipso quidem putet; quum vero conjecturam nostram, ex eodem fortasse, quo auctor usus est, fonte haustam, firmis suis argumentis fulcire nequeamus, quaerimus saltem: posse arabicum illud بُوکَانَة etiam cippum significare?

Ceterum optamus, ut lectores *Imijchenii* de hac re scriptum, ab auctore, ut sequum erat, laudatum, perlegere velint.

**VI. De Nitro Plinii.** (§. 1.) *Instituti ratio.* Salem, quo Moses in viis suis cōspēgondis uti iussit, non bitumen esse, contra trium viros, Lightfootum, Hardtium, Schöttgenium diūputare, de nitro veterum copiosius agere, atque ad Plinii l. XXXI. c. X. §. 46. commentari vult Cl. auctor. (§. 2.) *Plinius nitri nomine, nitrum, natrum, et Alcali complectitur.* Duo salia uno nitri nomine apud Latinos continentur, nempe nitrum nostrum, et sal lixivit, h. e. Germanorum Sal-peter et Potsche. Posterioris salis duplex est genus: 1) Soda s. solida Hispanica, e frutice Kali aliisque herbis in cinerem redactis parata. 2) Germanicum nostrum Potsche. Accedit his alkali fossile s. naturale, frequens in Aegypto. Haec tria salis alcalini genera, a Plinio descripta, cum vero nitro uno communī nitri nomine comprehendī, auctor arbitratur, neque tamē alīis persuadere vult, Plinio nihil praeter haec tria genera dici nitrum. Qua de re ut accuratis magisque distincte ageret, (§. 3.) totam Plini locum de nitro descripsit, explicauit, illustravit. Neminem poenitebit, has ad auctorem latinum difficilem animadversiones perturbasse, et ad eas quidem legendas lectorē remittimus; hoc unum addentes, Plinium ab auctore passim nitri naturae ignorarum appellari.

**VII. De Nitrō Hebraeorum s. Borith.** (§. 2.) *Quid de Borith Malachias meliores habeant interpres, exponitur.* Locus ille Malach. III. 2. classicus quasi est in determinanda τὸν βῆμα significatione; quem interpres, raro rei metallurgiae gnari, non intellexerunt. Hieronymus huic herbae Borith eandem, quam nitro, vim tribuit; verum nitram Hieronymo non idem est, quod nobis, sed sal lixivit, ut Plinio. Io. Mich. Langius, Theologus Altioribus, suam de herba Borith in tribus dissertationib. exposuit sententiam; (qua nissuta haec herba eadem est, quae Kali, ex qua soda Hispanica paratur,) ibique ex Rauwolffio docuit, a Syris lixivis salis magnam.

gnam copiam vendi. Iam ante Mosis tempora, sal lixiviam Phoenicibus ingentis mercature materia praebuit. Nec vero Langius aliquid de solidâ Hispanica, sub nomine Borith, suspicatus est. Rudbekius, quem d. C. B. Michaelis iam confutavit, purpuram male intellexit. Olaus Celsius autem Kali, Arabum hebam, indeque paratum sinegma, allumit. (§. 3.) *Borith Malachiae et solidâ Hispanica.* De eo alcali apud Malachiam agitur, quod metallis fundendis adhibetur. Salis vero lixivialis ope, et flamma ministrâ, quae metallum non sunt vitrescunt, suntque scoria; atque metalla nobiliora ab ignobilioribus sunt separanda. Sic igitur Malachiam auctor interpretatur: „Severum ecclesiae ac terribilem reformatorem fore, legatum Dei, cuius adventus aequa sit malis extimescendum, ut scoriis ignis metallurgi addita solida. Hinc futurum, ut scoriis purgata ecclesia, auri instar sinceri procedat.“ Quam plurimi a vestibus abluendis desuntam esse similitudinem putarunt, eam contextui minime convenire, constat. (§. 4.) *Ies. I, 25. explicatur:* liquabo tanquam solidâ scorias tuas. Ex quo loco patet, alcali non solum feminine נירב, sed et masculine נירב dictum fuisse, eodem modo lob. IX, 30. exponitur. (§. 5.) *Ies. XLIII, 6. XLIX, 8. נירב/legendum, ubi editiones majorethicas habent נירב.* Plerunque locus interque ita vertitur, ut Messias constitutus sit in foedus populi; melius: reddidi te alcali, seu saltem lixiviale populi. (§. 6.) *Triplex* (non duplex) *ex loco Iesuiae consularium.* Quae hactenus dicta sunt, faciunt 1) ad historiam artium, siveque argumento, dum ante Romanam conditam notura fuisse usum salis alcalini in depurandis metallis. 2) Punctorum vocalium errorum luculentiter demonstrant. 3) Suadent, eodem modo, quo duobus certaine locis, et aliis mederi nos oportere. (§. 7.) *Levit. II, 19. נירב נירב non est sal foderis, sed sal ntri, sacrificioris habitus.* Idem *Exod. XXXVII, 35. sal purus sufficiens.* Moles saltem purum elegit, altaribusque distinavit, naeflus fortasse hunc morem ab Aegyptiis, quibus distinctione fuit saltem purum inter atque

impurum, priori tantum in sacros usus adhibito. (§. 8.)  
**ברית מלך** purus Latinorum nitrum. (§. 9.) *Quid sit ברית מלך* interpretatur auctor salarium purum, ut Latini a sale salarium dixerunt, ita et orientales: Chaldae certe, stipendia salem appellarunt, *Ezr. IV, 14.* sed 2 Par. XIII, 5. cum Syro legit בְּרִית מֶלֶךְ foedus regium. (§. 10.) *De נְחַרְתָּם Israh. II, 22.* Prov. XXV, 20. Istud in utroque loco auctor vertit alcali, atque hanc נְחַרְתָּם significationem e Syriaca dialecto contra Schultenfium probat.

VIII. *De Syrorum vocalibus ex Ephraemo.* (§. 1.) *De Syrorum vocalibus cur disputetur?* Quia cum ista quaestione alia coniuncta est, nimurum haec, fuerintre antiquis Hebraeis vocalium signa, et quo tempore inventa? (§. 2.) *Syri quo tempore vocales Graecorum suas fecerint, ex Aſſemanno exponuntur.* Ex huius enim Biblioth. Orient. I. 477. 478. et p. 64. discimus, Iacobum, Seculo VII. ecclesiae Edeſſenae episcopum, septem tentasse vocalium figurās, nec tamen uisu vulgaratas; Theophilum vero Edeſſenum, quum Homerum vertet, primum aufum esse, ambiguas voces quinque vocalibus Graecorum, civitate Syriaca deinde donatis, notare. (§. 3.) *Iam ante h̄as graecas vocales Syri puncta habuerunt vocalia, sed ut Arabes nonnisi tria, nempe a, i, et o significantia, sed et noninunquam ut e et u pronuntiata.* Syri, Arabum inscribendo magistri, initio nonnisi tres habuisse vocales videntur. Büttneri de litteris Mendaeis observatio attentione lectorum digna omnino est, ac facit ad probandam auctoris sententiam. (§. 4.) *Haec puncta, tempore Ephraemi Syri, sub Constantino M. nati, iam erant antiqua,* nempe triaila, ut apud Arabes. Alioquin Theophilus Seculo VIII. vocales a Graecis non mutuatus esset. Locus, de quo sermo est, in Ephraemi Opp. T. I. pag. 184. deprehenditur, spectatque Genef. XXXVI, 24. Vertitur ita a V. Cl. „Sciendum est, quod in utroque huc usque testamento semper חֵמֶר (Chiemre) invenerimus, non autem חֵמֶר (Chmore) ut

putant

putant aliqui ex infiditia. " Ephraemi ergo tempore Syri iam habuerunt puncta vocalia. Obiter observamus, latinam Ephraemi versionem haud esse accuratam: nostrum e. c. locum Cl. Mich. melius interpretatus est romano interprete, qui modo addit aliqua, modo detrahit, etc. (§. 5.) Consecutaria: 1) Ergo et Iudaei videntur iam ante Seculum IV. puncta vocalia habuisse. (§. 6.) 2) Ergo videntur Hebrei antiquitus tres tantum vocales habuisse, a, i, o, nonnunquam tamen ut e, u, et y pronunciatas. Neque haec mera coniectura, sed in Cozri libro tres modo vocales numerantur, Kamuts, Peticha, et Scheber, h. e. O, A, I. (§. 7.) 3) Ergo eo ipso tempore, quo puncta vocalia habebant orientales, in lapidibus illis non utebantur; nec lapides et numismata Phoenicum et Hebreorum quidquam ad quaestione antiquitate punctorum faciunt. (§. 8.) 4) Ergo vocales, quas in masorethica bibliorum editione legimus, non sunt antiquae, licet Hebrei vocales antiquitus habuerint. Additur necessaria de cavendo abuso Grammatices in illis vocalium mutationibus etc. admonitio.

IX. *De paradoxa lege Mosaica, septimo quovis anno omnium agrorum ferias indicente.* (§. 1.) *Lex de anno sabbatico, Lev. XXV, 2-7.* paradoxa, et multorum quoque sententia a reipublicae salute sciuncta est. (§ 2.) *Feriae agrorum legitimae non peregrinae nobis; at id novum, omnium agrorum eodem anno ferias indici.* Apud nos quidem in orbem eunt illae agrorum feriae, unde nullus sine messe annus; qua cum annus Mosis Sabbathicus per universam Palaestinam careat, fames septimo quovis anno apud Israelitas metuenda videtur. (§ 3.) *Promissio de eximia sexti anni ubertate, Levit. XXV, 18-22.* *nontum non solvit,* addita enim est conditio, si populus legibus divinis obedierit. Quoties ergo publice peccatum esset, anno septimo fames imminebat, totiusque populi, messe carentis, aut dispersio, aut interitus. Quae omnia in sapientem non cadunt legosatorem. Stata, certisque temporibus adstricta miracula, in Sc. S. non commemorantur; sexto autem quovis anno incidens insolentior agrorum ubertas est

set miraculum, etc. Fortasse non sexto anno tantam Moses fertilitatem promisit, sed sex annis integris. Quam auctor de librariorum errore tulit sententiam, omittimus. (§. 4.) *Non audiendi, qui ex huius legis a prudencia civili sciunctione efficiunt, Mojen divinum hominem fuisse.* Quod quidem, auctor pergit, ut breviter dicam et candide, quid est aliud, quam divinam legationem Mosis ex incredibili legum mosaicarum probare stultitia. (§. 5.) *Annus sabbaticus potentissimum contro famem remedium, cogens patres familias, aliquid semper frumenti servare,* etenim vel lucrispe, vel inopiae metu, omnes patres familias, qui rem curarent, nec essent valde inopes, septimi anni necessitatibus partem proventuum servabant; ideo accidere vix unquam potuit, ut Palaestina, tot plenis horreis, fame laboraret. (§. 6.) *Hoc famis remedium potentius est regum granariis.* Multis Iosephi et Pharaonum, ubertatis tempore de fame cogitantium, atque granaria instruentium, futucae sterilitati subventura, placet exemplum: verum auctor ostendit, praestare singulorum patrum familias curas in hanc rem collatas. (§. 7.) *Dardaniorum beneficio, utilissimorum vivium, a famis metu tua plerumque Germania.* Sed his carere potuit respublica Israëlitica, omnibus patribus familias annonam servantibus. In ista enim respublica quisque paterfamilias frugi futurae sterilitati prospexit, dum anno se sabbathico prospicere arbitratur, omnes enim sciebant, septimo anno messem non fore. (§. 8.) *Aliæ legis utilitates:* ad feras, greges, et servos spectantes, e Levit. XXV, 6. 7. cognoscuntur. (§. 9.) *Lex ab Israëlitis negligita,* et Iudeorum avaritia in desuetudinem abiit. Tam id veritus Moses videtur, Lev. XXVI, 35. nec frustra. Neque enim in omni regum Israëliticorum historia ulla anni sabbathici rite acti mentio fit. Quare auctor, negligiae legis initium in tempora Sauli regno proxima incidere putat, atque ex 2 Par. XXXVI, 21. probat, legens *נָתַן עֲמֹדָה*, ac vertens, terra sabbata usquedum sua rependisset.